

hinc libere luyambich
Chespolanij ipse

~~Handwritten signature~~
filius meus Josephus No. 100
anno 1700 mense Martio

orthodoxus vobis salutem

Nf. 37. a.

1. Wimpina, Conr. — ab Eichen, Apologeticus
in sacrae theologiae defensionem. ^[1501] (s. a.)
2. Mellerstad, Mart., Laconismos su-
multuarius. ^[1502] (s. a.)
3. Beroaldus, Phil., Declamatio Ebriosi,
Scortatoris et Aetatoris de vitiositate
disceptantium. (Erfurt 1501).
4. Theocritus Bucolica. — Acced. Hesiodi
Georgica et Theogonia. ^[1500?] (s. a.)
5. Baptista Mantuanus, Eclogae. (Erfurt 1501)
6. Locher, Jac., Panegyricus ad Maximilianum.
Tragoedia de Turcis et Suldano. Dialogus
de heresiarchis. (Strassburg 1497).
7. Maximianus Etruscus, Elegiae. (Manuscript;
als Verf. ist fälschlich ^{Cornel.} Gallus angegeben).
8. Wimpelingius, Jac., De triplici candore
Mariae. (s. a.) 7nb!

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Cl 1361. 8
5.

**Aeglogae Vergilij Neoterici:
hoc ē Baptistae Man-
tuani Carmelitae.**

- Prima est de honesto amore & foelici eius exitu.
Altera de Amoris insania.
Tercia de infano amore infœlici eius exitu.
Quarta de Natura muliercularū.
Quinta de Consuetudine diuitem erga Poetas.
Sexta de Disceptatione Rusticorum & Ciuium.
Septima de Conuersione Iuuenum ad Religionem.
Octaua de Rusticorum Religione.
Nona de Moribus Curie Rhomanę.
Decia de Fratrum obseruantium & non obseruantium
controuersia.

Vale Lector: & hasce tanq̄ En-
chiridion tibi ppetuum cō-
tuito: ipenitēda etenī docēt.

e.

**F. BAPTISTA MANTVANVS CAR
MELITA PARIDI CERESARIO. D. S.**

Vdi o Pari ænigma pplexuz/qđ Oedipodes
iþe non solueret. Ego qui quagenarius & iã
canescens adolofcentiã meã repperi: & hẽo
adolofcentiã simul & fenectã. Sed ne lōga ambage te te
neam/nodũ hunc dissoluo. Anno præterito cũ floren-
tia rediẽs Bononiã puenissem/intellexi apud quendã
lfrarium uirũ esse quẽdã libellũ meũ/quẽ olim ante reli-
gionem cũ in gymnasio paduano philosophari inci-
perem/Ludens excuderã & ab illa ætate adolofcentiaz
uocaueram. Carmen est bucolicũ in octo Aeglogas di-
uisum: qđ iam diu tanq̃ abortiuũ putabam abolitum
Vbi id rescui/Saturnina fame repẽte sum percitus/&
cogitauĩ quonã pacto possem proli meã inferre pnci-
em. Iuuãtibz ergo amicis libellũ mihi uẽdicauĩ: vt p-
derem/quẽ suspicabar erratis non posse nõ scatere. At
ubi intellexi & alia quẽdã exemplaria supesse uisum
est præstare hoc qđ uendicã emendare. emendatumq;
ædere. ut eius æditiõẽ cãtera quã cõtinet multa nimis
iuuenilia deleanť. Hoc igit̃ sic castigatum duabus alijs
æglogis quas in religione lusi in calce subiũctis tibi o
Pari iuuenis antiquæ nobilitatis & studiorũ ac omniũ
bonarũ artiũ amantissime nostræq; urbis decus egregi-
um libentissime dono. ut quando tetricis illis philoso-
phiæ ac theologiæ lucubrationibz: quibus assidue ua-
cas/fatigatus fueris/habeas iucundulã hãc lectiũculã:
qua tanq̃ ludo quodã blandulo sed liberali lassum le-
gendo reparetur ingeniũ. Omnes aut̃ penes quos ima-
tura Illa sunt exemplaria quã dixi/rogatos uolo/ ut si
qd nunq̃ fuit eis dulce meũ/ confestim exurãt: nec ul-
lo pacto iupesse pmittãt: Accipe ergo Pari suauissime
libellũ & authorẽ: & ambobus tanq̃ rebus tuis tuo de-
inceps utaris arbitrio. Vale Calendis Septẽbris. M.
CCCC.LXXXVIII.

•F. Baptiste Mantuani Carmelitæ Theologi Adolescē
tia in Aeglogas diuisa. Ad Paridem Ceresariū.
Aegloga prima de honesto Amore & fœlici eius exi
tu. Colloquutores Faustus & Fortunatus.

Nomen Aeglogæ Faustus.

Aufte p̄cor gelida quādo pec⁹ oē sub umbra
f Ruminat/antiquos paulū recitemus amores **Fort.**
Ne si forte sopor nos occupet-ulla ferarum
Quæ modo per segetes tacite infidiāter adultas/
Sæuiat in pecudes: melior uigilantia somno.
Hic locus hæc eadem sub qua requiescim⁹ arbor **Fau.**
Scit quibus ingemui curis/ quibus ignibus arsi
Ante duos/ uel ni memini male/ quattuor annos.
Sed tibi quando uacat/ quando est iuctunda relatu/
Historiam prima repetens ab origine pandam.
Hic ego dum sequerer primis armenta sub annis
Veste solo strata sedi/ iacuiq; supinus/
Cū gemitu & lachrymis mea tristia fata reuoluens.
Nulla quies mihi dulcis erat/ nullus labor. ægro
Pectore sensus iners/ & mens corpore sepulta
Ut stomachus languentis erat/ quem nulla ciborum
Blandimenta mouent/ quem nulla inuitat orexis.
Carminis occiderat studium. iam nulla sonabat
Fistula disparibus calamis. odiosus & arcus
Funda odiosa/ canes odiosi/ odiosa uolucrum

a ii

Præda: nucum calyces cultro enucleare molestum.
Texere fiscellam iunco uel uimine: piscem
Fallere. scrutari nidos. certare palestra/
Sortiri digitis res iniucunda. uoluptas
Magna prius tanti dum mens erat inscia morbi.
Colligere agrestes / uuas & fraga perosus.
Mœrebam ut pastu rediens philomena / cibumq;
Ore ferens natis / uacuo sua pignora nido
Cum sublata uidet. rostro cadit esca remisso:
Cor stupet. & contra nidos super arboris altæ
Fronde sedet plorans infœlicis hymenæos.
Seu ueluti amisso partu formosa iuuenca
Quæ postq̄ latos altis mugitibus agros
Compleuit / residens pallenti sola sub umbra
Gramina non carpit / nec fluminis attrahit undam.
Sed quid circuitu pario tibi toedia longo?
Dum sequor ambages / & uerba & tempora perdo
Summa hæc / uitales auras inuitus agebam.
Quod si forte uolens cognoscere singula dicas
Fausse quis in syrtes auferre te impegerat istas?
Me mea / uerum etenim tibi Fortunate fatebor /
Me mea Galla suo sic circumuenerat ore /
Ut captam pedicis circumdat aranea muscam.
Nanque erat ore rubens & pleno turgida uultu.
Et quis oculo pene esset inutilis uno
Cum tamen illius faciem mirabar & annos.

Dicebam triuiae formam nihil esse Dianae.
Ludit amor sensus oculos prestringit & aufert **Fortis**
Libertatem animi & mira nos fascinat arte.
Credo aliquis daemon subiens praecordia flammam
Concitet & raptam tollat de cardine mentem.
Nec deus ut perhibent Amor est sed amaro & error.
Adde quod optatis nec spes erat ulla potiri **Faus**
Quamuis illa meo miserata faueret amori:
Monstraretque suos oculis ac nutibus ignes.
Nam quocumque esset semper comes aspera semper
Nupta sequebatur soror & durissima mater.
Sicque repugnabant uotis contraria uota.
Non secus ac muri catus ille inuadere pernam
Nititur. hic rimas oculis obseruat acutis.
Qui satur est pleno laudat ieiunia uentre **Fortis**
Et quem nulla premit sitis est sitientibus asper.
Tempus erat curua segetes incidere falce: **Faus**
Et late albebant flauentibus hordea culmis.
Affuit (ut mos est) natis comitata duabus
Collectura parens: quae praeterit hordea messor.
Ignorabat enim uel dissimulabat amorem:
Dissimulasse puto quoniam data munera natae
Nouerat. exiguum leporem geminasque palumbes.
Pauperies inimica bonis est moribus. omne **Fortis**
Labitur in uitium. culpae scelerumque ministra est.
Farra legens. ibat mea per uestigia uirgo **Faus**

Nuda pedem discincta sinum spoliata lacertos,
Vt decet æstatem quæ solibus ardet iniquis.
Tecta caput fronde intorta quia sole perusta
Fusca fit & uoto facies non seruit amantum
Iam tergo uicina meo later icq̃ propinqua
Sponte mea delapsa manu frumenta legebat:
Nec cælare suas nec uincere fœmina curas
Nec differre potest. tantum leuitatis in illa est.

Fort. Quisquis amat leuis est nec fœmina sola sed ipsi
Quos sapere & præstare alijs mortalibus aiunt
Quos operit latus fulgenti murice clauus.
Quos uidi elatos regali incedere passu.
Tu quoq̃ sic affectus eras dementior illa
Forſitan & leuior. uirgo data farra legebat:
At tu farra dabas. dic quæ dementia maior?

Fau. Perge. opus est uerbis aliquando arcere soporem.
Continuo aspiciens ægre tulit aspera mater.
Et clamans quo dixit abis? cur deseris agmen?
Galla ueni. nanq̃ hic alnos prope mitior umbra.
Hic tremulas inter frondes immurmurat aura.
O inuisa meis uox auribus. ite precabar
Ite malam uenti celeres dispergite uocem.
Si quis pastor oues ad pinguia pascua ducat
Et ueter adductas præſens decerpere gramen
Vel si iam pastas potum compescat ad amnem
Et sitibundo ori salientem deneget undam.

Nonne importunus naturæ inimicus & excors?
Illa mihi uox uisa iouis uiolētior ira-
Cum tonat: & pluuius terris irascitur aer.
Non potui & uolui frontem non flectere. uirgo
Demissi in cilium de sub uelaminis ora
Me aspiciens motis blande subtrifit ocellis.
Id cernens iterum natam uocat improba mater.
Galla operi magis intendens audire recusat.
Ut pede sic animo sequitur. tum prouidus ipse
Nanque dolos inspirat amor fraudesq; ministrat-
Nunc cantu nunc sollicitans clamore metentes
Velamenta dabam sceleri. quo credere possent
Et soror & mater non audiuisse puellam.
Falce repellebam sentes ne crura sequentis
Leuia: ne teneras auſint offendere plantas
Quisquis amat seruit. sequitur captiuus amante. Fort.
Fert domita ceruice iugum fert uerbera tergo
Dulcia fert stimulos trahit & bouis instar aratrum.
Tu quoq; ut hinc uideo non es ignarus amorum. Fau.
Id commune malum semel infaniuimus omnes. Fort.
Hoc animi tam triste bonum tam dulce uenenum Fau.
Quotidie crudele magis crescebat in horas-
Ut calor in nonam dum lux attollitur horam.
Pallebam attonito similis Limphaticus/amens
Immemor/insomnis. nec erat res ardua morbi
Nosse genus frons est animi mutabilis index-

Vt pater aduertit/mitem se prebuit ulera
Consuetum q̄ & ipse suos exptus amorum
Sciret onus blandoq̄ loquens humaniter ore
Dic inquit dic fauste qd hoc quod pectore uoluís?
Infœlix puer hæc facies testatur amorem.

Dic mihi. ne pudeat curas aperire parenti.

Fott. Sit licet in natos facies auftera parentum/
Aequa tamen femper mens ẽ & amica uoluntas.

Fau. Vt facilem pater affectum præ se tulit/ultra
Rem confessus opem petii. promisit. & ante
Quam brumale gelu borealibus arua pruinis
Spargeret/agnati unanimes cum patre puellam
Despondere mihi. nec adhuc sine testibus illi
Congrediebar/eram medio sitibundus in amne
Tantalus o quotiẽs misso cum bobus aratro
Vt uacuis aliquando esset sola ædibus ibam.
Omnia cau fabar/stiuam/dẽtale iugumq̄/
Lora iugi/rullam/deerant quæcunq̄ petebam
E soceri late. sola tamẽ deerat mihi uirgo.
Non deeram mihi/piscator/uenator/& auceps
Factus eram/& solers studia intermissa resumpsi.
Quicquid erat prædæ/quicquid fortuna tulisset/
Ad soceros ibat. gener officiosus habebat.
Nocte semel media subeuntẽ limina furtim
Sic etenim pactus fueram cum uirgine/furẽ
Esse rati inuasere canes. ego protinus altam

Transiliens sepem: uix ora latrantia fugi.
His tandem studijs hyemem transegimus illam.
Ver rediit. iam sylua uiret. iam uinea frondet.
Iam spicata ceres. iam cogitat hordea messor.
Splendidulis iam nocte uolant lampyrides alis.
Ecce dies genialis adest. mihi ducitur uxor.
Sed quid opus multis? nox expectata duobus
Venit & in portum uento ratis acta secundo est.
Tum boue maclato gemina conuiuia luce
Sub patula instructis celebrauimus arbore mensis.
Affuit Oenophilus. multoque solutus hiaccho
Tempestiua dedit toti spectacula uico.
Et cum multifori tonius. cui tibia buxo.
Tandem post epulas & pocula. multicolorem
Ventriculum sumpsit. buccasque inflare rubentes
Incipiens oculos aperit. ciliisque leuatis
Multotiensque altis flatu a pulmonibus hausto
Utrem implet. cubito uocem dat tibia praesso:
Nunc huc nunc illuc digito saliente uocauit
Pinguibus a mensis iuuenes ad compita cantu
Saltidico. dulciq; diem certamine clausit.
Et iam tres hyemes abiire: & proximat aestas
Quarta dies rapidis. si qua est bona. praeterit horis:
Si qua placent abeunt inimica tenacius haerent.
Fausse uiden? uicina pecus uineta subintrat.
Iam (ne forte graui multa taxemur) deundum est.

Fort.

Aegloga Secūda quæ dicitur Fortunatus de amoris i-
sania Colloquutores Faustus & Fortunatus.

Fau. Vr tam serus ades? qd te : iam septima lux ē.

c Detinuit: gregib⁹ ne nocēt hęc pascua ur̄is?

Fort: Fauſte Padus nr̄s qui præterlabitur agros

Creuerat: & tumidis ripas æquauerat undis.

Nos cura gregis ommissa priuata coegit

Publicaq; utilitas ripam munite diurnis

Nocturnisq; operis: fluuiumq; arcere furentem.

Fau. Fert Padus exundans mala sæpius omnia : nosſer

Tityrus est author. qui pascua dixit & arua.

Fort. Forsitan id uerum / quando extra tempora & ultra

Mensuram atq; modum subito concreuerit æstu.

Nunc autem id poſcit tempus. nam liquitur alris

Nix hyberna iugis. implent caua flumina montes.

Fau. Se exonerant fluuiosq; onerāt sic flumina rursum

Se exonerāt pelagusq; onerāt. hominū quoq; mos est

Quæ nos cunq; premūt alieno imponere tergo.

Fort. Sed iam contractum reuocat suus alueus amnē.

Fau. Decrescente Pado (dictu mirabile) nosſer

Fortunate lacus maioribus æſtuat undis.

Vrbs natat. obscuræ fiunt cellaria fossæ.

Lynſtre cados adeunt. labens ad uina minister

Ridet. & ex imis fertur grauis obba lacunis.

Multa licet nati fuerint melioribus horis

Multa & magna ferunt aliquando icōmoda ciues.
 Cōmoditas omnis sua fert icōmoda secum. Fort.
 Et forti appendix est illætabilis omni.
 Hactenus Eridanus. n̄ros repetamus amores: Fau.
 Quandoquidēz uñc alma Venus mouet omnia. cœlū
 Luce tepet nitida. tellus uiret. arua uolucres
 Cantibus exhilarant uernis. nunc omnia foētant.
 Tu tua lusiffi. sed nos aliena sequamur. Fort.
 Nanq̄ tibi noti referam pastoris amores
 Ut doceam Veneris nihil esse potētius igne.
 Pauper & infesto sub sydere natus Amyntas
 Sex uitulos totidemq̄ pares gr̄ate iuuencas
 Armētīq̄ patrē ducēs in pascua taurum
 Venerat ad coitum: nitidis ubi Mintius undis:
 Alluit herbosus fugiēs p̄nciter agros.
 Arx noua propter aquas pinnatis ardua muris
 Est coitus campo moles fundata palustri.
 Hic igitur recubans uitrei prope fluminis undam
 Vitis ubi amplectēs longis dumeta lacertis
 In uada curuata ripe supeminet umbra
 Piscibus insidias tēdebat arundine & hamo.
 Messis erat. solis rapidi uiolētia campos
 Sciderat arentes. finem philomena canendi
 Fecerat. & neq̄ lux passim morientibus herbis.
 Pascere oues poterat. neq̄ nox humore cicadas.
 Dumq̄ incumbit aquis studioq̄ intendit inani.

Taurus ut auditum est/primum uexatus ab œstro/
Mox canibus/demum furaci a milite syluis
Abditus/ex toto confestim euauit agro.
Quod puer ut nouit/tumulum conscendit:& alta
Voce bouem clamans longo rura omnia uisu
Prospicit.ut frustra niti se comperit:arcum
Corripit & pharetram:sequiturq; per inuia taurum.
Illum per caulas & per stabula omnia quærens
Per colles Benace tuos/per confita oliuis
Iugera per uirides ficis & uitibus agros.
Venerat ad sublime iugum/quod sulfuris arcem
Sustinet/& longis aperit prospectibus illinc
Benacum hinc campos longe lateq; patentes.
Lux ea sacra fuit Petro frondente sub ulmo
Mixta erat ex omni pubes post prandia uico:
Ducebatq; leues buxo resonante choreas.
Fau: Rustica gens nulla genus arte domabile/semper
Irrequietum animal/gaudet sudore.peracto
Mane sacro festa(quando omnibus ocia)luce
Ipsa ocij ac famis impatiens epulatur.& implet
Ingluuiem:audito properat tibicine ad ulmum:
Hic furit/hic saltu fertur bouis instar ad auras.
Quam rastris uersare nefas.& uomere terram
Calcibus obduris:& inertī mole fatigat
Ac ferit:& tota Baccho facit orgia luce
Vociferans/ridens/saliens/& pocula siccans.

Stulte quid hæc faris? solatia rustica damnas Fort.
Rusticus ipse? tuis malus tibi pessimus ipsi.
Dicta ioco fuerint. nostrum repetamus Amyntam. Fau.
Continuit gressum. baculoq; innixus sacerno Fort.
Intermisit iter. donec mitesceret æstus.
Ah puer infœlix. æstus te maior in umbra
Corripiet. nudam uideas ne in fonte Dianam
Claude oculos. blandis neu des sirenibus aurem.
Sors tua Narciso similis. Narcisus in undis
Dum sedare sitim properat. sitit amplius. at tu
Dæteriorem æstum fugiens intrinsecus ardes.
Quam melius fuerat nisi te sic fata tulissent.
Ad reliquum rediisse pecus. seruasse iuuenças.
Ammissi bouis æquo animo dispendia ferre.
Quam dum conaris nil perdere. perdere te ipsum
Sed post iacturam quis non sapit? utile non est Fau.
Consilium post facta. dari quod oportuit ante.
Consilium post facta imber post tempora frugum
Vna puella res inter pulcherrima turmas Fort.
Virgo erat alba comas. alijs procerior. annos
Nata quater quinos uel circiter. ore nitenti
Vrbanis certare poteris & uincere nymphis.
Aureolis radians guttis ad tempora limbus
Ibat. & ad pectus clausum uelamen alieno
Clauiculo. mediam fulgenti fibula ferro.
Stringit in angustum. noua candicat instita lapsu

Linea rugoso: pedibusque allabitur imis.
Hanc puer ut uidit/periit: flammisque tuendo
Hauit: & in pectus cœcos absorbuit ignes.
Igneis qui nec aquis perimi potuere/nec umbris
Diminui/neque gramini bus/magicisue susurris
Oblitusque greges & damna domestica totus
Vritur & noctes in luctum expendit amaras.
Sæpe grauescentem uerbis compescere flammam
Nixus & insanum iuuenis cohibere furorem
Dicebam. miserande puer quis te deus istas
Misit in ambages? sed non deus immo satanum
Pessimus ex illis quos noctibus atque diebus
Ter tribus in terras fama est ex æthere lapsos.
Dic age si nosti quemquam/reminiscere si quem
Videris/hoc pacto ditescere/surgere in altum/
Dilatate domum/maioribus horrea aceruis
Complere his studiis. extendere latius agros/
Multiplicare greges/acquirere pascua bobus.
Inter tot populos/quot habet latissima tellus
Sunt qui nostra ferant mensis epulanda cruentis
Corpora/& humanos absumant dentibus artus:
Sunt inq̄ quos tanta malis tot uexet herinys.
Sed nullum est tam imane genus/tam barbara nūq̄
Gens quæ fœmineos non excretur amores.
Hinc ueniunt rixæ/ueniunt & iurgia/& arma:
Sæpe etiã diræ multo cum sanguine mortes.

Hinc quoque deletis euerſe mœnibus urbes
Ipſe etiam leges rubriſque uolumina loris
Clauſa uetant ſcelus hoc & deteſtantur amores
Vt leges audiuit ad hæc reſpondit Amyntas
Ciuis enim fuerat puer & uerſatus in urbe
His monitis prudens & circumſpectus haberi
Niteris & ſenſu tetricos anteire Catones
Error hic hæc paſſim ſapiens dementia regnat
Ipſe ſibi blanditur homo: ſolerſque putari
Vult animal tamen incautus ſibi multa tetendiſſe
Retia & in foueam cecidit quam fecerat ante
Liber erat. Scruile iugum ſibi condidit ipſe
Pondus id eſt legum (uidi ipſe uolumina) quas nec
Antiqui potuere patres nec poſſumus ipſi
Nec ſeruare ætas poterit uentura nepotum
Aſpice quæ ſulta eſt hominum prudentia: cœlum
Sperat: & eſſe ſibi ſedem inter ſydera credit
Forſitan in uolucrum moriens tranſibit & altum
Spiritus aſſumptis tranabit ad æthera pennis
Tunc ego quid latras? legum deus autor: & ipſis
Non parere ſapit magnam nimis impietatem
Grandia de magnis hæc ſunt certamina rebus
Quid fuerim reris? quis pannosus & aſper
Sim modo tunc animo tunc ui tunc ore ualebam
Nec mihi ſeſe alius poterat componere paſtor
Nunc quoque ſi reſtus uultu gradiare ſupino

Fau

Fort

Fau

Alter eris Marius: raso ore uidebere carbo.

Fort. Talia respondit sic obiurgatus Amyntas.

Facto homini deus inuidit. concessa uoluptas

Visa bonum nimis excellens. & uota repressit

Legibus inuentis: ut equi ligat ora capistro

Ne quocunq; libet flectat uestigia/ fessor.

Quæ mea sit me cogit amor/ sententia fari

Libera q; ora facit. qui non cõmunicat usum

Coniugis/ inuidus est liuorem excusat honestas.

Introducta usu longi liuoris iniquo:

Nam dum quisque sibi retinet sua gaudia/ nec uult

Publica cõmunis mos ac longæuis honestas

Factus. & hunc morem fecit de gentia legem.

Inuida res amor est/ res inuidiosa uoluptas.

Tunc ego non audens hominem contendere contra

Amplius/ infano rediens ab amante recessi.

Fau. Cernis ut hic malus affectus sic lumina mentis

Claudat/ in errores ut sponte feramur apertos?

Fort. Cernis ut a summo liuentia nubila baldo

Se agglomerent? oritur grando/ ne forte uagantes

Tempestas deprehendat oues/ discedere tempus.

FINIS.

Aegloga tertia quæ dicit Amyntas de infani amoris
exitu infœlici Collocutores Faustus & Fortunatus.

Lla hefferna ruens baldi de uerrice grando

Fau. i Fortunatae fuit nobis innoxia: diuis

Gratia nostrae quibus est custodia frugū
Sed ueluti ex illis ueniēs ait harculus oris
Veronēsem agrū pecudes & ouilia sic est
Demolita casae & pastoralia tecta
Sic euerit ut agricolis spes nulla supsit
Agricolis etenim pecus est substantia & arua
His subiecta malis. grandi thesaur⁹ in arca
Ciuibus est. quae nulla queat contūdere grando
Nulla priuia/gelu nullū nullae aeris irae.
Nescio quis uētos tēpestatesq; gubernat.
Id scio sed ne p̄ si scio. sat scio. sed tamē ausim
Dicere. quid? uitane ideo multabor in ipsa?
Numina si ut phibēt orbē moderantē ab alto
Extimo nil duros hominū curare labores.
Aspice quo tenuem uictū sudore paramus.
Quot mala p̄ grege. p̄ natis. p̄ coniuge pastor
Fert miser. infestis aestate caloribus ardet.
Frigoribus riget hybernis. dormimus ad imbrē
Cotibus in duris. uel humi. contagia mille
Mille premunt morbi pecudes: discrimina mille
Sollicitant. latro insidias intētat ouili/
Atque lupo. milesq; lupo furari or omni.
Ut manus assiduo detrita mcalluit usu
Squalluit os. barba obrigit. cutis aruit aestu
Vna repētino rapit omnia turbine grando.
Hoc superi faciunt. quibus inclinamur ad aras:
b iiii

Fort.

Et quibus offerimus faculas & cætera uota.
 Nescio quæ pietas & quæ clemētia tantis
 Cladibus inuoluat passores omnium egenos.

Fau. Fortunate scelus nobis hæc omnia nostrum
 Ingerit. ætherei sententia iudicis æqua est.

Fort. Quod scelus? an fuimus christi uitæ insidiati?

Fau. Iurgia furta iræ uenus & mendacia rixæ:

Fort. Quid meruere boni? nec enim scelus obruit omnes.
 Et tamen una omnes pariter pessundat erinnys:

Fau. Heu nescis male de superis sentire nefandum?
 His igitur quæ scire nefas nescire necesse est
 Poss habitis curas iterum repetamus Amyntæ:
 Quas sumus expti quas ignorare negatum est.
 Res uulgaris Amor studium cōmune iuuentæ.

Fort. Moeror & affectus aliꝝ de cardine mentem
 Sæpe leuant. animo sermo uenit æger ab ægro.

Fau. Intellecta licet pro re p tēpore fari.
 Sic habitus Cosmas sapiens incognita nunq̃.

Fort. Fausse sapis notos igitur repetamus amores.
 Restat Amyntæos postrema in fata furores
 Ducere: & in misero lachrymas impendere casu.
 Præteriens illac paruo post tempore rursus
 Insanire hominē uideo. & miseratus amantē
 O iterum dixi mens inconsulta ueneno
 Ebria fatali populo iam fabula factus
 Non resipisci adhuc. & adhuc in amore sepultus

Te ruis atq; tuos/pecus atq; mapalia tecum
Ut quondam moriēs rapuit secum omnia Sanson.
Cum senio curuatus eris si forte senectam
Fata tibi dederint/quis sustentabit inertem/
Somnolentum inopem cum iam defecerit omne
Robur & ingenium sensusq; recesserit omnis?
Hæc tibi cuncta feret nisi mors præuenerit ætas.
Esse domi uigila/obserua! super omnia semper
Prospice quo tendas: & quo uenisse dolendū est:
Ire caue. discerne uias. hominēq; memento
Non ad delicias/non ad muliebria natum
Blandimenta leui tam pniciosa iuuentæ:
Ipse ego cui pecudes/cui lac/cui caseus/agre
Vitam ago. tanta agros omnes inuasit egestas
Tot duri rerum euentus/incommoda passim
Tanta/tot aduersis totus conuoluitur orbis.
Accipe rem non auditam non tempore factam
Præterito sed quam lux hæc mihi ptulit ipsi.
Ut mos autumnno pecudes crescente totūdi.
Mane foro exposui lanæ uenalia pondo
Sexaginta hodie. grande æs conflare putabam.
Vix uitam gregis eduxi uix pabula possum
Mercari hybernis niuibus. quo cætera pacto
Sit uictura domus nondum michi constat Amynta.
Quisquis amat dominæ munuscula mittat oportet.
Tu uero cui uix tectū fortuna reliquit/

Sub quo luce habitat sub quo pernoctat egestas /
Quid poteris cupidae gratum donare puellae?
Mittere mala decem satis esse solebat amanti.
Purpurei flores / & raptus ab arbore nidus /
Gramen odoriferum memini quo tempore magnae
Credebant opes .uentum est a gramine ad aurum.
Regia res amor est hac tempestate . recessit
Mos uetus / & quaedam mala lex inoleuit amandi.
Talia suadenti torto mihi retulit ore.
Si cupis optatam mihi fortunate salutem /
Da quod amo . nostro haec una est medicina dolori.
Caetera quae memoras mihi sunt tormenta : reuelli
Ex animo furor iste nequit . mea pectora imago
Virginis obsedit : mecum est . mecum itaque . reditque .
Excubat / & dormit mecum . caput . ossa . medullas /
Cor complexa potest cum sola excedere uita .
Ac ueluti quotiens aliena ex arbore secto
Surculus inferitur trunco . natura duorum
Iungitur / & mixto coalescit corpore uirga .
Sic domi uae dilecta mihi se immerfit imago
Et fecit duo corda unum . duo traxit in unum
Pectora : sensus inest nobis & spiritus idem .
O me foelicem / si cum mea fata uocabunt /
In gremio . dulcique sinu . niueisque lacertis
Saltem anima caput hoc languens abeunte iaceret .
Illa suos nobis morientia lumina dextra

Clauderet & tristi fletet mea funera uoce
Siue ad foelices uadam post funera campos
Seu ferar ardentem rapidi phlegetontis ad undam
Nec sine te foelix ero nec tecum miser unq̃.
O dryades florumq; deae nymphæq; decentes
O nemorum Syluane pater seruate precamur
Collibus in uestris gelidisq; in uallibus omne
Syluarū rurisq; decus. circumdate saltus
Sepibus & prohibete pecus ne floribus obsit.
Ista precor dominae seruate in funera nostrae.
Tunc omnis spargatur humus redolentia ferta
Texite quae circa tumulum supraq; iacentem
Componantur heram. tristes ad busta puellae
Pierides aderunt: & lamentabile carmen
Ore canent madi. signataq; uerba relinquent
Ista sepulturae relegenda nepotibus olim.
Hic regitur uirgo: cui nil quin diua uocari
Debuerit deerat nisi dura fuisset amanti.
O uirgo si te tantus consumeret ardor
Per centum scyllas ad te per mille charibdes
Tranarem laturus opeme tu saeuior hydra
Me fugis. at culpae nihil ex in uirgine. nam me
Nescit adhuc si sciret enim succurreret ultro.
Nec puio sub miti tam ferrea pectora uultu.
Signa tamen uultus fallatia. sub cute molli
Mens fera sub blanda sunt corda imania fronte.

Alloquat. & faciam nostros intelligat ignes.
Si tamen illa meos uultus auerterit ibunt
In lachrymas oculi triste in suspiria pectus.
Oderit illa licet semper fugiatque sequentem.
Ista tamen quocumque ferat me cura sequetur.
Ite procul medicæ non sum sanabilis artes.
Ite procul magico qui (quod nec crederedignum est)
Carmine Pallentes animas reuocatis ab orco.
Ite procul uanis precibus qui flectere diuos
Creditis. aduersum est & inexorabile cœlum.
Me rapit impatiens furor & iuuat ire per altos
Soliuagum montes per lustra ignota ferarum.
Talia iactantem uerbis conabar amicis
Flectere. sed uulnus nihil insanabile curat.
Illum per campos nox intempesta silentes
Illum ex orta dies interdumenta uidebat
Insomnem semper raro syluestria poma
Carpentem & potu contentum simplicis undæ.
Post longos gemitus exhaustaque lumina fletu
Assiduo post lamenta & conuulsa frequenti
Pectora singultu moriens finiunt amores.
Ex animum corpus tumuli sine honore relictum
Nocturnæ absumpsere feræ uolucresque diurnæ.
Fau. Heu funesta lues fatalis machina passim
Corda uenenatis penetrans humana sagittis.
Equiparans hominem pecudi. quæ pocula Circe

Quæ peiora unq̄ potuit dare philt̄ra Calipso?
Quæ styx q̄s Phlegeton grauior? quæ maior erinnis?
O stulti quicunq̄ deum dixistis amorem.
Num natura nocens deus est? ubicunq̄ locorum
Sit deus est homini clemens innoxius æquus.
Heu miserande puer tenera sublata inuenta
Quæ tibi nascenti luxerunt sydera? que tam
Noxia pars cœli est ut te nil tale merentem
Laserit? & primis infortunarit ab annis?
Nec tamen omnino cœlum tibi defuit. omne
Carmen. & argutis quicquid modulamur auenis
Doctus eras: nisi te mors immatura tulisset
Dignus eras ederis dignus parnaside lauro.
Nec melius cecinit pugnas ac tristia bella
Hordea & agrorum cultus et pascua nosser
Tityrus a magno tantum dilectus Alexi.
Nanq̄ tui præcox animi solertia nobis
Cognita iam pridem magnam producere frugem
Cœperat & specimen tuleras uirtutis & artis
Non uulgare tuæ. poteras iam gloria dici
Ruris & etatis decus indelebile nostræ.
Te Padus & nosser lugubri Mîntius ore
Cum nymphis fleuere suis: ut Thracius Hebrus
Orphea. te tristes ouium fleuere magistri/
Ut Daphnim luxisse ferunt: te pascua & agri
Vndiq̄. & audita est totis querimonia campis

Fort.

Spargite pastores tumulum redolentibus herbis
Atq; sacerdotum cantus ac thura quotannis
Ducite. & æternam requiem cantate poetæ.

Fau. Tu tamen arua tenes patriæ melioris / et altum
Incolis elysium: nos hic te fleimus amynta:

Fort. Flendum hodie nobis fuerat. nam tristia nocte
Nescio quæ mœstis cernebam insomnia formis.
Sed iam uesper adest / & sol se in nube recondens
Dum cadit agricolis uicinos nunciat imbres.
Cogere & ad caulas pecudes conuertere tempus.

FINIS

Aegloga quarta quæ dicitur Alphus de natura mulie-
rum Colloquutores Alphus & Ianus.

alph⁹ Ane caper (uideo) macer est tuus / eẽ solebat
I Acer / & elatis in cœlum cornibus ire.
Nuc detectus humi flacis piger aurib⁹ herbã
Olfacit / & summis attingit gramina labris.

Ian⁹. Languet / et ex isto langore facetia surgit /
Quæ quotiens memini / risum ciet: ædita nondum est.
Ædita cum fuerit / totus mirabitur orbis.

alph⁹ Iane soles narrare sales lepidissime / & ore
Suauiloquo dic ergo tuus cur langueat hircus.

Ian⁹. Res non ficta / deus testis / sed facta recenter.
At dulce id facinus non est narrabile gratis.
Quid precii sperare licet / quæ dona reporto.

alph⁹ Iannẽ ubi congeffit nidos philomena / docebo.
Ian⁹. Qui leuiter spondet: promisso eludit inani.

Qui non credit inops fidei: sed pignore tutum

Te faciam. duo tela mea deprome pharetra.

alpha

Incipiam. Nymphæ parnasides ora mouete.

Et memorate mei dira infortunia capri.

Ianus

Ac philomeneos Alphi concedite nidos.

Conductus mercede puer præfectus ouili

Affidue pascebat oues caprum atq; capellas.

Seruitium nobis pueri fuit utile donec

Virgine conspecta quæ tum huc ueniebat aquatum

Tabuit. ex illo uecors iam tempore factus

Frigidius curare gregem contemnit causas

Cœpit. & exhausto subuertere cuncta cerebro.

Cum sopitus erat poterat uigil esse uideri.

Nugabatur enim: quando uigilabat inerti

Corporis officio uoluebat somnia mente.

Hunc ergo in saltu ludens per cornua caprum

Viminibus ualidis inter dumenta ligarat.

Quarta dies hodie tentans an uincula possit

Vincere ceruice ac præduræ robore frontis.

Quæsitum interea nidos nemus omne pererrat

Corda subit uirgo. dilecta recogitat ora.

Ora sinus & quæ fari pudor: omnia uoluit:

Lux fugit interea. capri redit immemor. alta

Nocte recordatus surgit. pavidusq; per umbras

Dum graditur ruit in foueam. quæ fronde saligna

Captandis obducta feris & stramine sicco

c i

Instat etat putei fundo irremeabilis alto.
Est caper in uinclis / puer est in carcere. pastor
Nullus oues curat. iam tertia luxerat hora.
Miror. oues refero. ac numero: caprūq; requirens
Obstupeo. puerū clamo. magalia lustro.
Vera loquar magicis ne forte liquorib⁹ unctus
Extimui ascenso migrasset in aera capro.
Nanque striges tali fama est ope. nocte uagantes
Ad quedā longinqua procul conuiuia ferri.
Attonitus tandem pecudes ad pascua duco.
Dumq; peduz meditans subeo nemus / ecce p umbras
Ecce procul caper in dumis strepit. atq; reluctans
Cornibus aduersis cōtra sua uincula pugnat.
Terruit incautum subito feralis imago
Et nil tale ratum / firmato pectore taudem.
Nosco animā / subiensq; rubos seco uincula trunca.
Sero domū rediens uideo p pascua longe
Turbam exultantem risu iuueniliter alto.
Ut ppe constitimus / meq; agnouere / salutant.
Et tuus ecce aiunt puer hic. o Iane luporū
Eritus e foueis / dū nocte pambulat agros
Incidit in casses. & sic inuentus uterq;
Et caper & pastor: caper hęc incommoda passus
Languet adhuc. puer imprudens infanior hirco est.
Virgo supbiuit mox ut se audiuit amari:
Et pueri simulans curam ignorare / pudorem

Fingit: ut ad formam faciat pudor: ora sinumq3
 Ornat & in terram vsis incædit ocellis
 Callida. uulpina rem simplicitate gñernat.
 Hæc studia. hi casses. hæc sunt mulierib9 arma.
 Ille sua sperans Galathæa aliquando potiri
 Contemp ta mercede suos sectatur amores.
 Propterea plaustro stiuua bobusq3 relictis
 Ad Pastoris op9 redeo: subiecta furori
 Ista iuuentutis leuitas. rura omnia uexat.
 Quot nequit Ingeniũ casus facit. o stupor o fors
 Ingeniosa. o res risu celebrada bimestri. **Alph**
 Iane fides seruanda: tibi philomena laborat.
 Sed quod tam uastro memoras de uirgints astu
 Rettulit in mentem. quę pfallere sæpe solebat
 Carmina foemineis olim de fraudibus Vmber.
 Dic Vmbri dic si quid habes. meditare parumper **Ian9**
 Et uerba & numeros. Vmbri ẽ memorabile carmen.
 Est ut ais / sed non gratis / memorabile carmen. **Alph**
 Quas referes grates? & quid mercedis habebos?
 Accipe. pmissis absoluo / & spicula reddo. **Ian9**
 Dum uado ad uentrem post hæc carecta leuandũ. **Alph**
 Iane meum tu coge pecus / ne uitibus obsit.
 O aries / aries / qui tortis cornibus atrum **Ian9**
 Dæ noua præsentas / semp uineta subintras.
 Non sapias donec fossa tibi lumina fronte
 Erueo. non sunt porrecta in iugera centum **B**

Pascua fat. nisi pampineos populeris & agros.
Alph. Iane recordatus redeo sed plurima forsan
Nondum nota tibi referam. cognouerat umber
Omnia quæ fas est homini perdiscere cœlos
Sydera/tellutem/uentos/mare/flumina/fontes
Viderat & Rhodopen/atq; alta Ceraunia/& Oſſam
Gallica regna/Ararim/Rhodanū/Tyberimq; Padūq;
Attica romanis referebat carmina uerbis
Ore utroq; potens & lingua primus utraq;
Hunc unum nobis inuidit græcia & ipsi
Arcades & thracum ialtus & theſſala tempe.
Siquid erit quod forte uelis tibi notius eſſe
Candidus illius ſemper documenta ſequutus
Non procul hinc. hæc ille tenet. nos ille docebit
Sed iam ſeptiforem flatu experiamur auenam.
Ante tamen nymphæ precor ut libetrices adſint.
Præſertim quæ plus meminiffe polymnia fertur.
Fœmineum ſeruile genus crudele ſuperbum
Lege modo ratione caret. confinia recti
Negligit extremis gaudet facit omnia uoto
Præcipiti. uel Lenta iacet uel concita currit.
Fœmina. ſemper hyems atq; intractabile frigus
Aut canis ardentis contriſtat ſydere terras.
Temperiem nunq̄/nunq̄ mediocria curat.
Vel te ardentè amat uel te capitaliter odit.
Si grauis eſt mœret toruo nimis hernica uultu.

Si studeat comis fieri grauitate remissa,
Fit leuis . erumpit blando lasciuia risu;
Et lepor in molli radiat meretricius ore,
Flet . ridet . sapit . insanit . formidat . & audet.
Vult non uult . secumq; sibi contraria pugnat.
Mobilis . inconstans . uaga . garrula . uana . bilinguis.
Imperiosa . minax . indignabunda . cruenta.
Improba . auara . rapax . querula . iuida . credula . mēdax.
Impaciēs . onerosa . bibax . temeraria . mordax.
Ambiciosa . leuis maga . lena . supstitiosa .
Desidiosa . uorax . ganeæ studiosa . palatū .
Docta . salax . petulans . & dedita molliciei .
Dedita blandicijs . curandæ debita formæ .
Irae odijq; tenax . in idonea tempora differt .
Ulciscendi animos . inuida . ingrata . maligna .
Impetuosa audax . fera . litigiosa . rebellis .
Exprobat . excusat tragica sua crimina uoce .
Murmurat . accendit rixas . nil fœdera pendit .
Ridet amicicias : curat sua commoda tantū .
Ludit . adulatur . defert . sale mordet amaro .
Seminat in uulgus nugas . audiraq; lingua
Auger : & ex humili tumulo producet olympum .
Dissimulat . simulat doctissima fingere causas .
Ordiriq; dolos : fraudiq; accomodat ora .
Ora omnes facili casus imitantia motu .
Non potes insidias euadere . non potes assum

Vincere. tantæ artes solertia tanta nocendi.
Et quæ uideas oculis præsentibus. audet
Excusare nefas. potis est eludere sensus
Sedulitate animi. nihil est quod credere possis.
Et nihil est quod non. si uult te credere cogat.
His facient exempla fidem. quæ crimina non sunt
Fœmina tentata manu? dedit hostibus arcem
Decepta ornatu brachij tarpeia sinistri.
Sæuunt in natos manibus medea cruentis.
Tindaris egæas onerauit nauibus undas.
Scylla hostem sequitur patri furata capillum.
Fratrem Biblis amat. subicit se myrra parenti.
Concubitus nati longæua semiramis ardet.
Causa necis uati coniunx fuit amphiarao
Occidere uiros nocturnis bellides armis
Orphea membratim cicones secuere poetam.
Cognita luxuriæ petulantia pasiphaæ.
Phædra pudiciam contra crudeliter ausa est:
Decepit Iudea uirum Rebeca suamque
Progeniem uellans hircino guttura tergo.
Porrigit alcidæ coniunx fatale uenenum.
Decipit hippodame patrem lauinia troes
Implicat ancipiti bello. briseis Achillem
Depulit e castris. demens chryseide factus
Fulminat atrides / & sentit Apollinis iras.
Eua genus nostrum / fœlicibus expulit aruis.

Credite pastores ꝑ rustica nūmina iuro
Pascua si gregibus ur̄is innoxia uultis
Si uobis ouiū cura est si deniqꝫ uobis
Grata quies pax uita leues ꝑhibete puellas.
Pellanturqꝫ ꝑcul uestris ab ouilibus omnes
Thestylis & phyllis galathea neæra liquoris.
Dicite quę tristem mulier descendit ad orcum
Et redijt potuit si non malefana fuisset
Euridice reuehi ꝑ quas descenderat umbras.
Rapta sequi reuuit fessam ꝑserpina matrem.
At pius Enæas redijt. remeauit & Orpheus.
Maximus Alcides & Theseus & duo fratres
Vnus equis alius pugnis bonus atqꝫ palestra.
Et noster deus unde salus & uita resurgit.
Hæc sunt pastores hæc sunt mysteria uobis
Aduertenda. animi fugiunt obscoena uiriles:
Ecæ mineas loca delectant infamia mentes.
Vt semel in scopulos uento contortus & unda
Nauta scit incautis monstrare pericula nautis.
Sic senior longo factus prudentior usu
Præteritos meminit casus aperitqꝫ futuri
Temporis euentus uitæqꝫ pericula monstrat:
Si fugiūt aquilam fulicæ si retia cerui
Si agnalupum si damma canem muliebria cut non
Blandimenta fugis tantū tibi noxia pastor?
Est in eis pietas crocodili astutia hyenæ.

Cū flet & appellat te blandius insidiatur:
Fœmineos pastor fugito (sunt retia) uultus:
Non animis non uirtuti non uiribus ullis
Fidito: non clypeo cui⁹ munimine perſeus
Vidit ſaxificæ colubros impune meduſæ
Monſtra pemeſcunt multi / domuere gigantes.
Euertere urbes legem impoſuere marinis
Fluctibus: impetui fluuios & montib⁹ aſpatis
Sacra coronarunt multos certamina ſed qui
Cuncta ſubegerunt ſunt a muliere ſubacti.
Rex qui paſtor erat fūda / ſpolioꝝ leonis
Inclytus & natus qui templafionia fecit
Primus & excellens inuictō robore Sanſon⁹
Fœmineū ſubiſcere iugū: min⁹ officit ignis
Saxa minus romphæa min⁹ min⁹ haſta minus mors.
Nec formæ contēta ſuæ iſplendore decorem
Augēt mille modis mulier frontem ligat auro:
Purpurat arte genas & collocat arte capillos.
Arte regit grefſus & lumina temperat arte.
Currit ut in latebras ludens pducatur amantem.
Vult dare ſed cupiēs ſimp⁹ lex & honeſta uideri.
Denegat & pugnat ſed uult ſuper omnia uinci
Fœmina cæciaco (res mira) ſimillima uento eſt
Qui trahit expellens mendaci nubila flatu.
Quiſquis eſ expus moneo tentare reuſo
Dum licet hic fragilis quos habet faſtidia ſexus:

Immundum natura animal. sed quaeritur arte
Mundicies. id luce opus est. ea somnia nocte.
Deglabrat. lauat. & pingit. striat. ungit. & ornat.
Tota dolus. tota ars. tota histrio. tota uenenum.
Consilio speculi gerit omnia. labra mouere
Discit. & inspecto uultum componere uitro.
Discit blandiri. discit ridere. iocari.
Incedens humeros discit uibrare. natesq.
Quid sibi uult nudum pectus? quid apta superne
Rimula. quae bifidam deducit in ubera uellem?
Nempe nihil. nisi quo uirus penetrabile sensum
Plus premat. & stygiae rapiant praecordia flammae.
Hi iuuenū scopuli. fyrtes. scyllae. atq; charybdes.
Hae immundae Phinei uolucres. quae uentre soluto.
Proluue foeda thalamos. coenacula. mensas.
Cōpita. templa. uias. agros. mare. flumina. mōtes.
Incestare solent. hae sunt phorcinides ore
Monstrifico. extremis libyę. quę in finibus olim
Aspectu mutare homines. in saxa solebant.
Carmina doctiloqui. cursim recitauimus Umbri.
Quae si uisa tibi. nimium prolixa memento
Ipsius id rei uicium. non carminis esse:
Non longum est carmen. mulierum amentia lōga est.
O memorande senex. quo se uetus Umbria tantū Ian.
Iactat. & ipse tuae tyberis conterminus urbi.
Martia non ab re. tantum te Roma uocabat.

Ipsa tuas artes & non triuialia notat
Carmina. te uita functum fleuere latine
Naiades & graia. tua molliter ossa quiescant
Semper & in summo mens aurea uiuat olympo

FINIS.

Aegloga quinta quae dicitur Candidus de consuetudine diuitorum erga poetas colloquutores Sylvanus & Candidus.

Sylu. Andide nobiscum pecudes aliquando solebas
c Pascere & his gelidis calamos inflare sub um
Et miscere sales simp. & certare palestra. (bris

Nunc autem quasi pastores & rura perosus
Pascua sopito fugis & trahis ocia cantu.

Cadi Vos quibus est res ampla domibus ubera uaccarum
Plena ferunt quibus alba greges multatralia compler
Cymbia lacte niuent & pinguia prandia fumant
Carmina laudatis. si quid concinuis exit
Plauditis ac laeti placidas extenditis aures.
Pro numeris uarias laudes & inania uerba
Redditis. interea pastor sitit. esurit. alget.

Sylu. Nonne potes curare greges. & dicere uersus
Cum uacat: & positis uitam traducere curis?

Cadi Omnem operam gregibus pastores impendere oportet
Ire redire. lupos arcere. mapalia sepe
Cingere. mercari paleas & pabula uictum
Quaerere. nil superest oclum: laudabile carmen.

Omni operā totūq; caput Syluane requirit.
Grande utruq; opus ē & n̄ris uiribus impar
Cum cecini sitio: sitienti pocula nemo
Porrigit. irrident alij: tibi penula dicūt
Candide trita. genu nudum. riget hispida barba.
Iam syluæ implumes / & hyems in montibus albet.
Iraſcor. doleo. indignor. fert omnia uictus.
Laniciū. fœtusq; mares. non uendimus agnas.
Sed quia lac pascūt. premitur nihil. ubera siccant
Pœnitet ingenij si quid mihi. pœnitet aris.
Pœnitet & uitæ. postq̄ mihi nulla secundant
Ex tot syderibus quot sunt in nocte serena.
Haecenus ut nosti. gratis cantauimus ætas
Indiga paucorū merces fuit: altera longe
Conditio senij. quod nūc subit. omniū egenos
Reddit: & extinctis lucri spem uiribus aufert.
Mox erit utendū ptis. modo quærere tempus.
En formica breuis. sed prouida bestia condit
In brumam noua farra cauis æstate latebris.
Neue renascent̄ fruges secat ore sepultas.
Scire Genethliacos fatalia sydera dicunt.
Hi sub Mercurio uates. & sub Ioue reges
Magnatesq; locant: istis dat Iupiter aurum.
Atq; magistratus. dat Maiaë filius illis
Ingeniū. linguam. citharas. & carminis artem
Hæc tua fors. quid quæris opes? deus oia in omnes

Sylu.

Diuidit ut melius nobis uidet esse futurum.

Sorte tua contentus abi. sine cætera nobis.

Cadi. Sunt tibi diuitiæ mihi carmina. quid petis ergo

Carmen? & inuadis partes Syluane alienas?

Syluans

Non tibi furripio carmen nec Apollinis arma:

Sed clare dulcifonis aures concentibus opto.

Cadi Si gaudere meis igitur concentibus optas=

Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum est.

Sylu. Ille meis opibus gaudet qui diligit. odit

Inuidus: atq; animo bona fert aliena molesto.

Cadi Sic quoq; tu nostris absens gaudere camœnis

Sat potes. hæc artis sat sint tibi gaudia nostræ.

Carmina sunt auris conuiuia. caseus oris.

Si cupis auditu: fac nos gaudere palato.

Hoc amor. hoc pietas. hoc uult deus. omnia non dat

Omnibus. ut nemo sibi sit satis. indige atq;

Alter ope alterius. quæ res coniungit in unum

Omne genus. Gallos. Mauros. Italos. & Iberos.

Sidera iungamus: facito mihi Iupiter adsit:

Et tibi Mercurius nosse: dabit omnia faxo.

Pilleolum. uirgam. cytharas. nodum Herculis. alas.

Sylu. Vana superuacuis inculcas plurima uerbis.

Cadi Vana iniquis. quæ damna tuis inferre uidentur

Diuitijs. si uis nostras audire camœnas.

Erue sopiram de sollicitudine mentem.

Vulchilares animos. tranquillaq; pectora carmen.

Torpeo ut esuriem patiens & frigora miluus.
Iam dudum squarrosa cutis sitis occupat ora.
Nec pecus instabulis nec in agro farra/nec aurū
In loculis & uis positis me uiuere curis?
Non facit ad nostros talis medicina dolores.
Fac alacrem tege. pasce. graui succurre senectæ.
Inuenies promptum uersu & cantare paratum.
Plena domus curas abigit. cellaria plena.
Plena penus. pleniq; cadi. pleneq; lagenæ.
Horrea plena. greges læti: grauis ære crumena.
Tunc iuuat hybernos noctu uigilare decembres
Ante focum: & cineri ludos inarare bacillo.
Torrere & tepidis tostas operire fauillis
Castaneas: pleneq; sitim restringere uitro.
Fabellasq; inter nentes ridere puellas.
Tityrus ut fama est sub Mœcenate uetusto
Rura boues & agros & martia bella canebat
Alius: & magno pulsabat sydera cantu.
Eloquium fortuna dabit. nos debile uulgus
Pannosos macie affectos farragine pastos
Aoniæ fugiunt musæ. contemnit Apollo.
Si sperata mihi dederit fortuna quod opto.
Candide presenti te sollicitudine soluam.
O utinam Syluane foret tibi tanta uoluntas.
Quanta est. hac etiam tibi tempestate facultas.
Non ego diuitias Cosmi non serica posco
d i

Syluā

Cadi

Pallia non tyrias chlamydes/non prandia regum.
Non patinam Aesopi fameo/clypeumue minerue.
Nil opus est tegis laribus/cui ferrea nomen.
Tradidit/aut si mens non fallitur aenea barba.

Hæc me iam pridem memini didicisse sub Umbro.

Postulo uestitū/peto uictum sub lare paruo

Certior istud opis toti non de fore uitæ.

Sint mihi Pytagoræ mensæ. Codricq; supellex:

Sæpe alios qui spem dederint inuenimus ore

Magnificos sed re modicos. ubi fidimus unū.

Tu mihi si fueris mendax/præciditur omnis

Spes: ut solsticio fiam Philomena reuerso

Mutus & elinguis. suspendere postibus arma

Tempus erit/clausoq; abigi spectacula circo.

Sylu. Candide uidisti Rhomam sanctiq; senatus

Pontifices/ubi tot uates/ubi copia rerum

Tantarum: facile est illis ditescere campis.

Cadi Deciperis me uelle putans ditescere. uesci

Et lupus omne animal crudis existimat escis.

Tuq; putas alios quo tu pede claudere passum.

Non ego ditari cupio: sed uiuere paruo.

Fac habeam tenuem sine solitudine uictum.

Hoc contentus eam rhomana palatia uidi

Sed quid roma putas mihi proderit? o Syluane

Occidit Augustus nunq; rediturus ab orco.

Si quid rhoma dabit/nugas dabit/accipit aurum

Verba dat. heu Rhomæ nunc sola pecuniâ regnat.
 Exilium uirtus patitur: sperare iubemur
 Vndiq; & in toto uates spe pascimur orbe.
 Dic pugnas / dic gesta uirum / dic prælia regum. Sylu.
 Vertere ad hos / q; sceptrâ tenent / qui regna gubernant.
 Inuenies qui te de fordibus eruat istis. Câdi
 Inueniam qui me derideat: & subfannet.
 Tempestate ista reuerentia tanta Poesi /
 Quanta lupanari. quid me Syluane laceffis?
 Non decet obscœnis uatem prorumpere uerbis. Sylu.
 Non possum non uera loqui: si uera taceri Câdi
 Forte uelis / leuibus me parce laceffere dictis.
 Utile consilium præstare / laceffere non est. Sylu.
 Consiliū locuples ego: sed pauperrimus auri: Câdi
 Qui pugnas / qui gesta uirum / qui prælia regum
 Dicit inops uates / cui nec quo fistula possit
 Aptius incidi / fieriq; foramina / culter.
 Aspice ut excuffis luxata manubria clauis /
 Ut dentata acies / ueteriq; simillima ferræ.
 Hoc leue. sed mensę graue & intolerabile damnū.
 Utile consiliū firmat / sed inutile mentem
 Frangit: & extenuat uires / animumq; retundit.
 Magnates dare parua pudet / dare magna recusant.
 Adde quod & nostri curant ita carmina reges /
 Ut frondes Aquilo / mare libs / uineta pruinę.
 Ipsi ad delicias reges & ad ocia uersi.

Quod celebrant laudari optāt. hinc carmina manāt
Perdita de studio Veneris de scurrilitate
De ganea de segnitie de infamibus actis
Quæ cassum capitale nefas celebrare poetam.
At qui dura manu gesserūt bella potenti
Fortiter utentes ferro non molliter auro
Dilexere graues musas. heroica facta
Qui faciunt reges heroica carmina laudant.
Vt cessere uiri fortes & mascula uirtus/
Dicendum altiloqui nihil inuenere poetæ.
Occidit ingenium uatum: ruit alta poesis.
At si forte aliquis regum gerit aspera bella.
Et decus armorum studijs belloq; parauit.
Nil genus externum uenturaq; sæcula curat.
Laude suæ gentis satur & præsentibus annis.
Barbarus est: ueq; carmen amat uel auarus in auro
Mergitur: atq; Midę curis flagrantibus ardet.
Est & apud reges. rudis inuida/ruffica turba:
Mimus adulator læno assentator. adulter:
Histrion scurra: quibus uirtus odiosa: poetas
Mille modis abigunt: ut quando cadauera corui
Inuenere fugant alias uolucresq; ferasq;
Sunt etiã uates quidam sine lege petulci
Qui sine lege aliti sine præceptoribus audent
Quicquid amant reges & amant infamia solum
Scribere. nam uates etiam dementia uexat.

Hi se nescio quā mentis leuitate poetas
Esse uolunt postq̄ triuialibus ora cicuris
Applicuere. sibi applaudunt: sua carmina iactant
Insulsi/illepidi/indociles/improuidi/inepti.
Qui solet his uacuas prēbere ambagibus aures
Id uiciū cōmune putat. doctisq̄ resistit
Vatibus a uero indoctus discernere falsum.
Candide p̄ superos p̄ olympica numina iuro
Me tibi (si uenti veniant ad uela secūdi)
Laturū auxiliū meliora in tempora uiue.
Nec paulisper adhuc mecū sperā recusa.
Si mihi sic optas - tibi sit Syluane quod optas
Opto equidem: dictūq̄ fides non sera sequet̄.
Vade malis auibus nunq̄ reditur⁹ auare:
Et facias subito quicquid tractaueris aurū
More midæ: quando uirtus tibi uilior auro:

Sylu.

Cadi

Sylu.
Cadi

FINIS.

Aegloga Sexta quæ dicitur Cornix de disceptatione
Rusticorū & Ciuiū Colloquutores Cornix & Fulica.

In githyems/mugit boreas/a culmine pēdet Corn

Stiria depositis bobus requiescit arator

Dormit hum⁹: clauso pastor tunicatus ouili

Cessat iners: sedet ante focū fumosa neæra

Atq̄ polenta coquit. pri⁹ intolerabilis æstas

Nūc laudat̄. hyems æstu laudata molesto

Displicet. optatū damnat præsentia frigus

d iii

Fuli. Omne bonū p̄fens minus ē. sperata uidentē
 Magna uelut maius reddit distantia lumen
Corn Delicia s̄ habet omne suas & gaudia tempus.
 Aspice. ut impexi tritaq; in ueste ligati
 Cæde suū pueri exultant. inflat in utrem
 Immissis uestica fabis sonat & micat acta
 Nūc pede nūc cubito stricō nūc obuia pugno.
 Si cadit attollūt. cursu labor atq; recurſu
 Prumam abigit. glaciale gelu pila rustica uincit.
 Nos tamē hic melius tepido sub stramine foti
 Transigimus tempus dū lac cohit igne recoctū.
Fuli. Pauperiem declarat hyems improuida certe
 Turba sumus iuuenes. securi æstate vagamur
 Immemores hiemis: nostrū æst̄ibicinis omne ē.
 Ut redite schythia boreas nidoscq; uolucrū
 Frondibus ostendit nudata cadentibus arbor
 Frigemus nudī scapulas dorsum ilia plantas.
 Stulticiam declarat hyems. sapientius urbes
 Congeriem nūmū accumulānt. & ad ilia uulpes
 Melotasq; trahūt. maculosaq; tergora lyncis.
Corn Desipiūt omnes/nec nos in crimine soli.
 Immo ipsos uexat grauior dementia ciues
 Verū illis mater nobis fortuna nouerca
 Nos premit. infœlix fors ē dementia. fac sim
 Fortunatus ero locuplex: ero primus in urbe.
 Audiar. assurgent omnes. me uertice nudo

Vulgus adorabit me plæbs. me consulat omnis
 Turba: magistratus etiam populuscq; patresq;
 O cornix cornix non est fortuna sed ipse!
 Quo sapiunt homines animus: fortunapotentem
 Non facit imo deus: causam recitabat Amyntas
 Est fortuna deus sed quid recitarit Amyntas
 Dic præcor in causis erat ingeniosus & acer.
 Ante tamen paulū pecus & præsepia uise.
 Vade redi calor est post frigora dulcior. ito.
 Attingit nix alta genu. uix tecta resistunt
 Tanto oneri. sublimis apex in uerrice furni
 Pyramidem fecit metaq; assurgit acuta.
 Da pecori cordum. stipulisq; foramina claude
 Si paries hiat: & rediens lætamine muni
 Limina. nulla gregi grauior q̄ frigora pestis.
 Iam ne ades? oh quæ nā hæc solito properantia maior:
 Sollicitu me reddit hyems in frigore & igni.
 Maxima strennuitas: fœno recubare calenti
 Abscondiq; cauo accubitu post frigora dulce est.
 Incipe: & enarra discrimina ruris & urbis.
 Hoc igit tantū ruris discrimen & urbis
 Taliter exortū noster recitabat Amyntas.
 Principio rerū primaq; ab origine mundi
 Cum muliere marem sociali fœdere iungens
 Cœli opifex (sic nanq; deū appellabat Amyntas)
 Nomen adhuc teneo)natos pducere iussit.

Fuli.

Corn

Fuli.

Corn

fulica

Corn

Fuli.

Atq̄ modū docuit fieri quo pignora possent
Acinxere operi. mandata fideliter implent.
Sicq̄ utinā de pomi esu seruata fuissent.
Fœmina fit mater. puerū parit atq̄ puellam.
Atq̄ puerperio simili fœcūda quotannis
Auxit in immensum generis primordia nostrā:
Post tria lustra deus redijt. dū pignora peccit
Fœmina p̄spiciens uenientem a limine uidit.
Adam aberat securus oues pascebat. adulter
Nullus adhuc suspectus erat. sed multiplicatis
Connubijs fraudata fides. sine cornibus hirci
Facti: & Zelotypo coniunx suspecta marito.
Nam quæ quisq̄ facit fieri sibi furta ueretur.
Erubuit mater. nimiaq̄ libidinis ingens
Indicium rata tor nato s̄ abscondere quosdam
Accelerat. fœno sepelit/paleisq̄ recondit:
Iamq̄ lares deus ingressus saluere penates
Iussit. & huc dixit mulier tua pignora profer:
Fœmina maiores natu p̄cedere mandat.
His deus arrisit: uelut arridere solemus
Exiguus auium pullis/paruisue catellis.
Et primo letatus ait cape regia sceptrā
Rex eris. ac ferrū & belli dedit arma secundo:
Et dnx̄ inquit eris. fasces populicq̄ secures
Protulit. & uites. & pila insignia Rhomæ.
Iamq̄ magistratus celebres p̄titus in omnem

Porgentem humanos tacitus uoluebat honores:
Interea mater rebus gauisa secundis
Euolat ad caulas & quos absconderat ultro
Protulit hæc dicens nostri quoque pignora uentris:
Hos aliquo Pater omnipotens dignabere dono.
Setosum albebat paleis caput. hæserat armis
Stramen & antiquis quæ pendet aranea tectis.
Non arrisit eis sed tristi turbidus ore
Vos fœnum terram & stipulas deus inquit oletis.
Vester erit stimulus uester ligo passina uestra.
Vester erit uomer iuga uestra agrestia uestra
Omnia: aratores eritis: pecorumque magistri.
Fœnifecæ solifossore s/nautę atque bubulci.
Sed tamen ex uobis quosdam donabimus urbe.
Qui sunt fartores lanę lixæ artocopię.
Et genus hoc alię soliti sordescere semper.
Sudate & toto seruite prioribus æuo.
Taliter omnipotens fatus repetiuit olympum.
Sic factum est seruire genus sic ruris & urbis
Inductum discrimen ait Mantous Amyntas.
Mirabar si quid recti dixisset Amyntas.
Cuius erat semper nobis urbana iuuentus
Cui nihil est præter stulte hæc commenta negoci.
Ludit in agrestes semper iaculantur: & urbis
Talia garrulitas & uaniloquentia fingit.
At neque de superis pudet has componere nugas.

Cor.

Iste iocus manifesta gerit conuicia secum
 Sed tu tam rudis es tam pleno inflatus omaso
 Ut neqꝫ ppēdas iſto te ſcōmate carpi.
 Nos quoqꝫ pauliſper mentē extendamus ad urbīs
 Stulticiam ne forte putes ſapientius illos
 Viuere qui ſplendēt auro qui murice fulgent.
 His oculis uidi tunicis pleroſqꝫ ſuperbis
 Veſtiri: atqꝫ foro regali incedere grefſu
 Quos ſecreta fames p̄mit atqꝫ domeſtica egeſtas.
 Stultius his certe nihil eſt opulentiā ficta
 Paupertas & ſegnities & inertia uitæ
 Vera quid eſt aliud q̄ deſipientia uera?
 Vidi etiam patreſ (o rem indignam atqꝫ nefandam)
 Dum ſegnes dormire uolunt & uiuere laute
 Proſtituiſſe ſuas uulgo cum coniuge natas.
 Quid peius? quid perfidius? quid ſtultius unquam?
 Quid ſi uitam alio nequeunt traducere pacto?
 Cum totidem quot nos hēant animasqꝫ manuſqꝫ
 Dic cur uitam alio nequeant traducere pacto.
 Eſt etiam cuius uecors induſtria uanas
 Quærat opes ubi nullus opes inuenit ab æuo.
 Aes lauat herbarum ſuccis & uertere in aurum
 Aeffimat: ac nigra ſemper fuligine pallet.
 Eſt qui dum tellure latens deſyderat aurum
 Dat magicis operam ſtudijs: & tempora perdit.
 Quid leuius? quid futilius? quid inanius unqꝫ?

fulica
 Corn

Omnia ne ueniant ad opus telluris & agri/
 Omnia pertentant/ut agant nihil omnia uersant.
 Semper agunt.nunq̄ pagūt.ex fœnore uictum
 Infamem extorquent ui fraude dolisq̄ laborant.
 Mille uñs opibus mille infidi antur honori.
 Nos capras & oues armen taq̄ pascimus/illi
 Accipitres catulos & equos & cercopythecos.
 Rusticus est ouium pastor/uolucrumq̄ canumq̄
 Ciuis.utrum melius te iudice nobiliusq̄
 O fulica.utilitas unde atq̄ opulētia maior?
 Si uenit ex nostris operis opulētia maior/
 Ciuibus unde igitur tantarum copia rerum?
 Ex ui fraude dolis ui fraude dolisq̄ laborant.
 Monne uides insane ut nos crudeliter urgent?
 Quo capiunt astu:nos irretire loquendo
 Sacrum offerre putant & opus sublime piūq̄.
 Huc aures oculosq̄ adigūt:huc ora manusq̄.
 Vnde urbanarū tibi tanta peritiā rerū?
 Hæc didici. quondam ductis in mœnia capris
 Cum lac uociferans ibam uenale per urbem.
 Mansi apud artocopum.sapiens.& ad omnia prōpt̄
 Furta erat.& crudum ferro subradere panem.
 Ipse ut erat mores urbis doctissimus.ista
 Tradidit affirmans nihil esse nocentius urbe.
 Se quoq̄ furari didicisse aiebat ab urbe.
 Sūt etiam qui parta ab auis patrimonia fundūt

Fuli.

Corn

Fuli.

Corn

In meretricum usus. Quid foedius? improbiusq?
Dic ubi mechandi ars. homicidia. seditiones?
Nonne inter ciues. atq; intra moenia regnant?
Quid reges qui regna hominum per uulnera querunt
In mortemq; suos adigunt? Quid pectora miles
Obijciens telis. per mille pericula uadens?
Pro stipe dat uitam. nulla est insania maior.
Gloria praeferrur uitae. Quid gloria? Quid laus?
Quid fama est? quid honor? uoces & opinio uulgi.
Omnia longa dies abolet. cum uiuere cessas.
Omnia sic abeunt. ut lux cum sole recedit.
Qui mare sollicitant remis. cum uiuere possint
In patria. stulti. uento qui credit & undis:
Stultus. diuiciae cui sunt. & negligit uri.
Stultus. qui ut natis cumulet patrimonia. patris
Abstinet. & genium fraudat. stultissimus. & qui
Quae facere ipse potest. natis faciunda relinquit.
Qui numerant stellas. & se comprehendere fata
Posse putant. stulti. Verum dementior istis
Naturam quicumq; dei scrutatur. & audet.
Figere in immensam lumen tam debile lucem.
Nostra fides melior. ciuis ratione coactus
Difficile assentit. nudis nos omnia uerbis
Credimus. & plures faculas accendimus aris.
Ciuibus est inuida fides. inquirere nunq;
Mente sinunt arcana dei. si numina scire

Effet opus: poterant nobis se ostendere: uerum
Quando latere uolunt / quid uestigare necesse est.
Quæ nos scire negat ipsi qui cuncta gubernant:
Nostra etiam pietas pietate potentior urbis.
Nanque uiri qui sacra canunt templisq; ministrant
Quanta legunt ruri paucis alimenta diebus?
Vidi ego quæsitis ex rure in mœnia plenis
Pupibus inferri pietas ea rustica fruges.
Stultorum est aliud genus immedicabile quoddam
Causidici latratores / tabulæq; forenses
Num morum aucupium docti / legumq; tyranni.
Aere patrociniū uendunt. / pducere causas
Et lites pendere diu / uindemia quædam est.
Sunt & equestre genus medici / qui tangere uenas
Nonnunquam illicitas audent: & ponere quædam
Non intellectis temeraria nomina morbis.
His & si tenebras palpant / est facta potestas
Excruciandi ægros hominesq; impune necandi.
Qui uero in populis præsumunt hominesq; gubernant
Quo plus uiris habent / quantoq; licentia maior
Insanire solent tanto amplius / o ubi sancti
Rectores / & iusticiæ / & pietatis amici
Quos patres sero ante focum memorare solebant?
Omnia nunc abeunt pectus: / spoliata queruntur
Templa gemunt inopes / uiduę lachrymantur. & huius
Quænam causa mali? quia stat p lege libido.

Fuli. Ista tua o Cornix excandescētia fines
Transi honestatis scelus omnibus obijcis omne.
Innocuos habitare homines & in urbe memento.

Corn Non habitant colubri quaedam Balearibus arua
Proxima non memini nomē/neq; noctua Cretam
Nec nemus Aegeriæ sonipes nec uir bonus urbem.

Fuli.; Vir bonus est animal rarū; pauca scq; p̄ urbes
Et p̄ rura locos habet est rarissima uirtus.

Corn Infanis fulica infanis. tot in urbibus hostes
Sunt tibi quot ciues. hi nos tondentq; pilantq;
Non habita nostri capitis ratione: coartant
Nos ad furta ipsi mox ad suspendia mittunt.
Fas igitur si quid nostris sese unguibus offert
Radere. & insidijs ac nostra indagine captos
Deplumare leui tactu sensim & pede pressim
Si uidet excusa. si sunt secreta negato
Furta quod occultū est non est iniuria furtum
Quicquid habent noster labor est industria nostra est

Fuli. Iam longe egrederis metam rationis & æqui.

Corn O fulica improbitas urbana coinquinat orbem.
Vnde tot in terras ueniunt æstate procellæ/
Fulmina uenti amnes grando? uidisse recorder
Tellurem tremere ac postes & tecta labare/
Solem obscurari/noctu obtenebrescere lunam;
Cur segeti soliu? messi dominantē auenæ?
Vua in capreolos transit; calligine uerni

Depereunt flores: mala parturit omnia nobis
Hæc ciuile nefas: pariet quoq; plura deinceps:
Vnde uenit furor armorum: belliq; tumultus
Qui genus omne mali secū uehit: omnibus urbs est
Fons & origo malis: descendit ab urbe Lyacon.
Deucalion Pyrrha cum coniuge rusticus. ille
Intulit illuuiem terris. hic abstulit. ille
Abstulit humanū terris genus: intulit iste.
Si terra ut phibent/flammis ab olebit unq;
Istud grande nefas: uia descendet ab urbe.
O cornix iam pone modum sermonibus istis.
Audio iam dudū pueros de pulte loquentes.
Cætera: si quicq; supest post prandia dices.
Pulci indulgendū monet urbibus hora, relictis.

Fuliz

FINIS.

Aegloga septima que dicitur Pollux de cōuersione iu
uenū ad Religionē. Colloquutores Alphus & Galbu
la cum iam author ad Religionem aspiraret.

Alph

Albula quid sentis? Pollux doctissim⁹ olim
g Fissulicem subito quodā quasi numine tact⁹
Destituit calamos/tunicas armenta: sodales.

Bardocucullatus caput ut campestris Alauda
Quatuor ante dies in religiosa recessit
Claustra. ferunt illum pecudes: dum solus in agris
Pasceret: effigiem quandam uidisse deorum.
Cætera non memini. sed tu quid Galbula sentis?

e ii

Gal. Vt dixeret patres iaciens primordia rerum
(Magna canā nobis quæ quondā tradidit Vmber/
Instituit deus agricolas pecorisq; magistros.
Primus agri cultor rudis immanis & asper.
Qualis humus fegnīs lapidosa rebellis aratro
Ast ouīū primus pastor mitissima proles.
Instar ouis quæ bile caret: quæ lacte redundat/
Mitis erat nullis unq; pastoribus asper.
De grege saepe suo sacrum ponebat ad aras.
Nunc oue nūc pingui vitulo faciebat & agno
Sapius. & magno diuos ambibat honore.
Sic profecit apud superos sic numina flexit
Vt fuerit primo mūdi nascentis ab ortu
Tempus ad hoc cælo pecoris gratissima cura.
Assyrios quondā (sed nescio nomina/curæ
Diminuūt animū) deus ex pastoribus olim
Constituit reges: qui postea murice & auro
Conspicui gentes bello domuere superbas.
Cum paris iliaca tria numina uidit in ida
Aut paris aut alius puerū qui obrūcat ad aram
Pastor erat. quādo cælesti exterritus igne
Venit ad ostentū pedibus p̄ pascua nudis.
Pastor erat Moses: Moses a flumine tractus.
Exul apud graios amphrysia pastor Apollo
Rura pagrauit posito deitatis honore.
Cælestes animi christo ad præsepia nato

In caulis recinere deum pastoribus ortum
Et noua diuini partus miracula docti
Pastores primi natum uidere tonantem
Et sua passores infans regnator olympi
Ante magos regesq; dedit cunabula scire
Se quoq; pastorem deus appellauit/ouesq;
Mitibus ingenijs homines & mentibus æquis
Et ne uana putes hæc somnia nuper ab urbe
Rus ueniens picto plegi hæc omnia templo
Sunt pecudes pictæ parui sub matribus agni
In tellure cubant. ingens equitatus ab alto
Monte uenit. radiant auro diademata diuum
Et suspensa tenent uaga lumina prætereuntum
Non igitur mirum nosse si numina Pollux
Vidit: amant uillas & oues & ouilia diui
Simplicibus præsens deus est offenditur astu
Vera refers. pecori sic sint innoxia nostro
Pascua. uidi asinum uidi præsepe bouemq;
Iam memini turbæ uenientis: & ora uidere
Indica iam uideor regum sua dona ferentum
Vnum oro quænam Polluci occurrit imago:
Galbula si nostri ne sit labor omnia fari.
Et noui: & memorare libet. res digna relatu
Res digna auditu/pia/sancta/imitabile factum
Durus & immitis pater atq; supba nouerca
Pollucem grauiori iugo pressere iuuentæ

Alph

Gal

e iij

Tempore cum dulces animos noua suggerit aetas:
Et cū iam inualidę longo sub pondere uires,
Deficerent nullaq; odiū mansuesceret arte
Constituit tentare fugam: res una uolentem
Ire diu tenuit nimis impatienter amabat.
Error enim communis amor iuuenilibus annis:
Res est fortis amor uiolentia fortior: iuit.
Et tales abiens (mihi nanq; solebat amores
Enarrare suos) mœsto dedit ore querelas.
Ouirgo lachrymæ ne tuis soluentur ocellis/
Cum te tam charo cernes ab amante relictam
Vlla ne discessu duces suspiria nostro?
Tu ne mei crudelis eris forte immemor unquam?
Vsq; adeo ne tuū poterit frigescere pectus:
Pectus quod totiens quod lumina fletibus implet.
Tu ne trahes crebros gemitus: & pallida fies?
Cerno oculos cerno lachrymas cerno anxia corda
Virginis. heu tantum qua dissimulare dolorem
Fas erit arte? dolor duplex mea pectora torquet
Illius atq; meus. sed fas mihi flere: quod illi
Non licet. occultus longe magis æstuat ignis.
Incolument mihi uos diui seruabitis illam.
Ut quando exilio repetam mea rura peracto
Fiat amor fœlix saltem semel ante senectam.
Talia pgebat memorans. uoluitq; reuerti
Tantus amor iuuenem uis tanta furoris agebat.

Sed iam facta fuga cunctis erat alea nota:
Fronde sub herculea fessus mœrore sedebat.
Ecce puellari uirgo stripara corona
Ora manus oculos habitūq; simillima nymphæ.
Et tali affata est puerum sermone dolentem.
Chare puer quo tendis iter? uestigia uerte.
Nescis heu nescis quo te uia ducat: & audes
Ignotis errare locis nihil insidiarum
Per campos rarus herbosos nihil esse pericli.
Omnia tuta putas: & quod placet utile credis
More iuuentutis stolidæ collectus in orbem
Sæpe latet moli coluber sub graminis umbra.
Est facile incautos offendere. paruulus infans
Innocuos iutilum digitos extendit in ignem:
Nec nisi iam læsus uires intelligit ignis.
Hęc regio intrantes aditu consuevit amœno
Fallere. delicias offert & gaudia. uerum
Ingressis cum triste nihil superesse putatur.
Mille parat laqueos & mille pericula p̄fert.
Trames hic ut collem gressu supaueris illum.
Ducit in umbrosam syluam crudele ferarum
Hospitium/loca terra situ & calligine opaca.
Quisquis eo deceptus abit remeare uetatur.
Et piceis primum uelatur lumina uittis:
Deinde p̄ omne nemus dumeta p̄ aspera tractus
Transit in effigiem monstri: dum uoluere linguam

Atque loqui tentat mugit. dum attollere sese
Credidit humi gradi quadrupes. neque suscipit astra
Ima tenebrose uallis lacus æquore nigro
Occupat: & nigris mons plurimus iminet undis
Huc tracti in stygios latice altumq; baratrum
Præcipites dantur. rapidaq; uoragine merfi
In styga & æternas erebi rapiunt in umbras.
Heu quot pastores istis ambagibus astiti
Cum gregibus piere suis. ego sedula semper
Monstro iter. hic ad opem uigilo indefessa ferendam.
Tolle moras igitur: mortis fuge blanda propinque
Atria. secreti tutam pete littoris oram
Qua contra idalios fluctus mihi tollit in altum
Aera Carmelus uiridi caput arbore cinctam.
Primus hic antiquis patribus spelea domosq;
Præbuit arboreas. intra nemus ilice densum.
Ex hoc in uestros deducta cacumine montes
Relligio uenit. sicut de fonte perenni
Flumina & ex uno multi genitore nepotes.
Illius in syluis abies ubi plurima surgit/
Pinguis ubi piceæ sudat liber & Terebinti/
Innocuum postq; feliciter egeris æuum
Mox tua mutatis ætas renouabitur annis.
In loca te tollam meliora. uirentia semper.
Immortalis eris diuum comes. ire per astra
Inter Hamadriades & Oreades atq; Napæas

Flote coronatas caput & redolentibus herbis
Fas erit, ac super & subter cognoscere cœlos.
Sic effata leues uirgo discessit in auras.
Tum sua iurauit polux mutata repente
Pectora & extemplo uictū expirasse furorem.
Non aliter quā flamma cadet, si ardētibus agris
Effluat & totas præceps Padus euomat undas.
Sic abiit crudelis amor, qui sæpe pharetram
In iuuenem cū principis obstaret amandi.
Dū tepet, ac timide insanit, consumpserat omnem.
Sic igit Pollux in claustra silentia uenit.
Sunt quibus aspirent etiā nolentibus ultro
Sunt quibus infensi sine causa & crimine dñi sint.
Quod nos in pecudes, in nos id iuris habent dñi.
Hoc rus scire fat est, sapiant sublimius urbes.
Sic docuit rediens aliquādo ex urbe sacerdos
Ianus: & in magno dixit sibi codice lectum.
Sol cadit & baldi uix summa cacumina tangit.
Nos quoq; iam sero cū sole recedere tempus.
Galbula sarcinulas ne sit tibi ferre molestū.
Pera leuis: leuis est & cantarus, omnia paruis
Ferre labor sero, graue mane sed utile pondus.
Ipse pecus ducam, mihi ps erit ista laboris.

Alp.

Gal.

Alp.

FINIS.

Aegloga octaua quæ dicit Religio de Rusticog; Reli-
gione Colloquutores Candidus & Alphus.

Can. Orrida solstitio tellus sicut alphe reuerso
h Ad solitos montes ubi ros in gramine / & aestas
Mitior hec armata monet deducere tempus

Alp. Aereos montes & summa cacumina longe
Prospicio: quid sint montes (tibi uera fatebor)
Nescio. semper enim capestria rura lacusque
Incolui. montanus ager qua fruge redundat?

Can. O rude & illepidum ingenium. prope flumina semper
Versatus Fulicæ in morem limosa parua
Sunt ubi ranarum / culicum / pulicum / cimicumque
Lustra inter salices / uluas / uiridesque papyrus /
Irridere audes & nauis pendere montes:
Vnde fluunt amnes? templis ubi tanta locandis
Marmora caduntur? fulgens ubi nascitur aurum.
Quæ parit antennas tellus medicamen ab herbis
Dic quibus est nisi montanis? de uertice baldi
Sæpe melanpodion legi / medicina capellis
Nulla magis præsens. quondam ualsafinus ægon
Tradidit hoc. dum uere sues castraret & agnos.
Tradidit & dixit solus medicamen habeto.
Dic ubi castaneæ plures: ubi copia maior
Glandis? in excelsis fontes & pascua uidi
Montibus. artocreas & pingue polenta comedi.
Sunt populi fortes illic / robusta iuuentus
Lata pedes / callosa humeros / neruosa lacertos /
Hispidam / dura manus / moli indefessa ferendæ

Vallibus ex illis onerata ut naualia curat
Confluit huc. nullū est hominū genus aptius utbi
Siue uelis castrare pecus seu scindere phagos
Siue fimum ferri e stabulis haurire cloacas
Larrinas curare/ uiamq; apire coactis
Sordibus & scalis puteos descendere in altos.
Ingenio callent & duro robore pollent.
Sed quid opus multis? subeunt opus omne. popinis
Inseruire focos lignis cumulare uerūq;
Artifici uersare manu dare libera fumo
Spiramenta bouum uentres ad flumina ferre
Verrere humum imundā scopis doctissima gens est
Quodq; magis miror/ semper sub pondere currunt.
Cotibus in duris oriunt & ardua uiuunt.
Per iuga cum capreis. habitant spælea ferarum.
Adde q; in cœlum breuis est e montibus altis
Transitus. erectum caput usq; ad nubila tollūt.
Nubil transcendūt aliqui puro sidera tangant.
Esse locum memorant ubi surgit ab æquore Titan
Qui nisi dedidici contingit uertice Lunam:
Etuixisse illic hominem sed postea abactum
Improbitate gulæ q; scz omnia poma
Manderet & magno seruaret nulla tonanti.
Hinc diui sanctiq; patres in montibus altis
Delegere domos tacitas. Cartusia testis
Carmelus Garganus Athos Laureta Lauerna

Et Sina & Soractis apex: umbrosaq; uallis.
Eriuga Nursini facta Senis incluta & altis
Abietibus turrita caput camaldula sanctū.
Cetera prætereo: nec enim sermonibus istis
Omnia complecti statuo. montana frequentant
Culmina coelicolæ / sed anas & mergus & anser
Ibis / onocrotalus / milui / fulicæq; paludes.

Alp. Inter montanæ tantos regionis honores
Cur de messe nihil. nihil est de palmite dictū?
Hæc tamen humanæ duo sustentacula uitæ
Maxima: monticolæ ueniūt e rupibus ad nos
Hordea mercatū torui / fuligine tincti /
Setosi / macie affecti / laceri / ac situosi.
Indigenæ ostendūt quæ sit natura locorū.
Sed quod montanis de religionibus inquis /
Rettulit in mentem quæ de Polluce ferunt
Quæ dea si nosti uisa est / quæ candide nympha:
Dic age. nam cœptū certamē inutile nobis.
Vtilior sermo de religione tenendus

Can. Galbula qui solitus pecudes in pascua tecū
Ducere / te fatis hoc potuit docuisse / quod optas.

Alp. Plura quidem Polluce sup narrata. sed ipsaz.
Nec docuit nymphā / nec me quæsisse recordor.
Nūc subiūt mentē. cū religionis oborta est
Mentio. & illarum uisa est mihi maxima laudū.

Can. Non erat illa dryas / necq; libertis / nec orcas.

Venerat e caelo superum regina tonantis
Mater anhelanti pacem latura iuuentę.
Huic Rethys huic alma Ceres famulantur. & ipse
Aeolus æquoreis uentos qui frenat in antris.
Hanc deus astrorū flammis super atq; uolātes
Solis equos supra fulgentē Cassiopeam
Extulit: & sacram bisseño sidere frontem
Cinxit. & adiecit subter uestigia lunam.
Candide mira canis nullis pastoribus unq;
Cognita. quid Tethys? quid fulgens Cassiopæa?
Aeolus æquoreis uentos quis frenat in antris?
Qui sunt solis equi? magna atq; ignota recenses.
Sidera sunt partim partim sunt numina prisca.
Omnia quę Pollux mihi cū narrasset in eodem
Duxit & ista sacer paries ait omnia monstrat.
Pictus erat paries signis & imagine multa.
Omnia non memini. mens est mihi debilis: ista
Vix tenui: dū sæpe animo uoluo atq; reuoluo.
Sæpe recordari medicamine fortius omni.
Ista potest nigro depellere nubila caelo.
Ista potest siccis fluuios dare frugibus imbres
Cum uolet. ista novos duris emittere campis
Cū uolet. emissos poterit restringere fontes.
Qui modo sunt steriles & nudi gramine campi.
Si uolet. in pingues poterit conuertere glebas.
Frigida Saturni cū sidera suscipit atto

Alph

Cand

fi

Scorpius hospicio/non auferet hordea grando
Nec domus ardebit/nam tunc hæc omnia cœlum
Dicitur iratis in terram effundere ab astris.
Si uolet hæc nobis custodiet omnia uirgo.
Si fauet hæc nobis/complebunt horrea messes:
Adhucietque gregi semper foetura gemellos.
Si pecus infœlix erit & sine uellere/solo
Ipsa potest nutu dare lac/dare uellera & agnos
Et curare greges/omnemque auertere morbum.
Nil opus est modo Pana sequi/necque cœtera ruris
Numina/quæ ueteres frustra coluisse feruntur
Vidi ego circū/aram nymphæ pendere capellas/
Plaustra/boues/& oues/hic Iani uidimus hircum
Et memini inscriptâ uersu hoc legisse tabellam.
Votū p̄ saluo Ianus breue reddidit hircō.
Dumque ea pegerem/Pollux hæc carmina supplex
Ante aram genibus positus in marmore dixit.
O dea quæ seruas urbes & iura precamur
Ne Padus exundet.ne strix nocturna p̄ umbras
Hauriat infantes.nec eant p̄ compita larue.
Diua faue agricolis/talpas occide malignam
Aggeribus pestem.gelidis fata leta pruinis,
Quando bruma uenit conspergere diua memento/
Ne tineæ erodant anno frumenta sequenti.
A Boreæ flatu pingues defende mariscas.
A gruīs ore fabas/& ab anserē farta palustrī,

A serpente boues .a uulpe & fure cohortem
A bruco erucas /a bruma & grandine uites.
A ui & fraude lupi pecus /a rubigine fruges.
A rabie catulos /a flamma & fulmine uillas.
A murum insidijs petasonem /a milite pernas.
A campe & pigris .pigris .heu caetera nescit
Mens oblita sequi: numerus me in uerba reduxit
Sæpius ad numerū rediens obliuia forsan
Mente abigam .retro gradior: numerumq; recurro.
A murum insidijs petasonem a milite pernas.
A campe /& pigris uirides limacibus hortos.
Alphe uiden quæ uis numeri? iam caetera cerno
A tonitru reboante cados /a frigore foetas.
A grauibus uitulos œstris /a gutture porcos /
Anginoso .operas pubes ne rustica perdat /
Adsis o dea .nec lædant exanima fuci.
Neu milium furentur aues /neu uellera sentes
Succida /neu lappas apprehendat lana sequeutes.
Diua gubernatrix hominum /custodia uatum
Diua laborantū requies /medicina dolentum
Et tutela gregum nostris precor annue uotis.
Talibus orabat Pollux .ego possibus herens
In baculū pede porrecto recitata notabam
Altius: ac memori condebam singula mente.
Candide Polluci p sollicitudine tanta /
Pro precis officio /p religione putasne

Alph'

Dandū aliquid nobis: pietate peculia crescunt.
 Cādi' Quidni, aliquid dandū est opus ē psoluere crates
 Alph Rusticus es. Crates etenim p gratibus inquis.
 Cādi Crates & Grates puo discrimine distant.
 Dandū aliquid. neu bis detur. sine pascha reuertit.
 Quādo sacerdotes comissa piacula soluūt.
 Alph Quid dabimus? uituli grauis ē iactura. uel agnum
 Vel leporem. pietas etiam laudabilis anser.
 Can. Dona docet tempus. lepores brumalia dona.
 Quando niue hyberna currendi erepta. facultas
 Anser ad autumnū finem. nonasq3 calendas
 Pertinet. aestatis coryli. noua poma. racemi
 Munera. lactentes hædi sunt ueris. & agni.
 Tunc si de cordis aliquē cōspexeris egrum.
 Ac tenuem. qui nec uendi nec uiuere possit.
 (Munus erit solenne fatis) donabimus agnū.
 Ipse mihi cum iam regredi post prandia uellem
 Carmina de nymphæ solennibus eruta fastis
 Tradidit. & dixit si quando granabere curis/
 Hęc cane: p mentis medicamine carmen habeto.
 Quando Molorcheo titā descendit ab astro
 Pronus. & ascreę iam limina uirginis intrat
 Virgine letetur pubes & cana senectus.
 Transiit ad superos: & olympica regna petiuit.
 Ogdoas/ut toto iam tertia fluxerit orbe/
 Festa dies iterū. natalia uirginis aras

Ignibus illustant. offert noua liba sacerdos.
Libra redit noctes properas æquare diebus.
Exultat picenus ager. uehit adria puppes
Illyricas & chaonias. cum mercibus adsunt
Tusci-Vimbri-Veneti-Siculi-Lauretica templa
Cum donis turmatim adeunt: uotisq; solutis
In sublime iugū læti ad cōmertia tendunt.
Et cum thessalicas cursu breuiore sagittas
Sol subit: & frigent urentibus arua pruinis.
Claustra gynecæi sacris penetralibus hausit,
Corde deum toto pprios oblita parentes.
Et cum semiferi fugiens Chironis ab arcu
Languet ad hyberni glacialia limina capri-
Induat ornatas & mas & fœmina uestes:
Læticiaq; diem celebrent/quo semine sacro
Coniugis annosus grauidam pater imbuit aluum.
Illa dies etenim sanctę primordia nymphæ
Fecit & in nostras uetuit descendere sordes.
Cum uolat imbrifera lampas phœbea sub urna
Ad uernos reditura dies. iam proxima ueri-
Ite nurus omnes. sacros altaribus ignes
Tura focis. faculas manibus date. ducite pompam
Artulit in templum noua dona puerpera uirgo
Quando gregis princeps aurato uellere fulgens
Incipiet Zephyris apire tepentibus annum
Et dare maiores luci q̄ noctibus horas.

Aliger occultam redeat paranympus in ædem.
 Et noua miranti referat mandata puellę.
 Festa dies tuscis populos de collib⁹ omnes
 Cogit: & amicolas uocat ad florentia templa.
 Tum quoq; sed tenui uirgo prius interuallo
 Nupsit & hæc teneris lux est celebranda puellis.
 Quando sub extrema cancri testudine phœbus
 Voluitur & reuehit uicina canicula morbos
 Ture piam celebrate diem redit hospita mater
 In proprios a matre lares altaria circum
 Primitias Cereris gemine suspendite matri.
 Ista dedit Pollux uigilans quæ in montibus olim
 Fecerat ad pecudū causas: dum nocte serena
 Militiam cœli sparsoq; examinat ignes
 His quoq; plura dedit: sed carmina plura referti
 Non finit extremum deponens uespera solem.

FINIS.

Aegloga Nona quæ dicitur Falco de moribus curiæ
 Rhomanæ Colloquutores Faustus & Candidus.
 Post religionis ingressum.

Fau.

Andide quo casu patrīs pcul actus ab oris

c Hæc in rura uenis hic pascua nulla nec añes

Nec liquidi fontes nec ouilia tuta nec ūbræ

Et tamen assiduos gregis hæc pascuntur in usus

Cādi Faustule me noster Corydon qui plurima quondam

His armenta locis habuit magnamq; peculii

Congeriem fecit/pecori me credere adegit
Esse salutare istis in montibus herbas.
At postq̄ segnes agros & inertia saxa
Vidimus & siccis arenem fontibus undam
Poenituit longæq; uie patriæq; relicte
Postq̄ te incolumem saltus intrare Latinos
Contigit antiqui potes hæc mea tecta subire
Iure sodalitij. sunt hic mihi pauperis agri
Iugera pauca. meæ uix sufficiētia uitæ.
Quicquid id est: commune puta. tibi forsitan ulla
Prospera fors aderit. fortuna simillima uento est:
Caricæ succede casæ. dum præterit æstus.
Dum grex in gelida ꝑcumbens ruminat umbra
Pone pedū. discumbe parum. recreabere potu.
Potu opus est. potu iste grauis compescitur æstus.
Pocula prehende. fluet melius post pocula sermo.
Pocula quis tanta demens æstate recuset?
Vina sitim minuunt. animiq; doloribus obstant.
Vina ut amicitias uires ita corporis augent.
Hæc parit ora bonos. si patria uina racemos.
Funde iterū. potare semel. gustare. secundus
Colluit os potus. calefacta refrigerat ora
Tertius. arma siti bellumq; indicere quartus
Aggreditur. quintus pugnat. uictoria sexti est.
Septimus (Oenophili senis hæc doctrina) triūphat
Res est consilij securæ fidelibus uti.

Fau.

Cādi

Fau:

Can.

Fau.

Cādi

Vtile doctrinis præbere senilibus aures.

Victa sitis. mens ægra manet: curæq; supsunt.

Fau. Ut sedata sitis sic mens sedabitur ægra.

Funde merum bibe: cardiaco medicina dolori hæc.

Vt ut ad curas isto medicamine Rhoma.

Cadi Omne opus atq; labor uult interualla. quiescat

Obba parum. cōtra muscas impone tabellam.

Non madet i mbre dies - nec habet nox humida rorem

Crescere nec duris possunt in cotibus herbæ

Importuna fames - labor improbus - aeris ardor

Confecere gregem macie. uix debile corpus

Spiritus æger agit / uacua cute porrigit ossa

Clunis - & exilis caua contrahit ilia uenter.

Hic aries qui fronte lupos cornuq; petebat

Nunc oue debilior paviduq; fugatior agno st.

Hæc mihi. sed nimiū me ardentia uota ferebant.

Omnia diuino prædixerat omine Cornix.

Vix egressus eram limen - cum tristia portans

Auguria a dextra uenit. tegetisq; sinistrae

Culmine confedit - pressuq; minaciter ore

Vociferans iter auspicio phibebat agro.

Heu pecus infœlix quod lacte & prole solebas

Affluere - in nostris licuit dum pascere campis.

Gramina dum queris - succi plus perdis eundo

Quā referas passu - simul hic tabescimus ambo

Tu tenui uictu - curis ego uictus amaris.

O nostrę rēgionis opes / o florida prata / Fau.
O campi uirides / o pascua læta / feraxq;
Et nunq̄ sine fruge solum currentia passim
Flumina p̄ uillas / riuus p̄ rura p̄ hortos.
Hinc pecus / hinc agri pingues / sub sidere cancri
Cum tritura sonat passim / cum Iulius ardet /
Arua uirent / textę lento de uimine sepes
Poma ferunt / redolent ipsis in uepribus herbę
O nemorum dulces umbrę / mollesq; susurri Can.
Quos tecum memini gelidis carpsisse sub umbris
Turturis ad gemitus / ad hirundinis ac Philomenę
Carmina: cum primis resonant arbuſta cicadis.
Aura strepens folijs nemorum ueniebat ab Euro:
Et baccata super tendebat brachia cornus.
Ipse solo recubās p̄cudes gestire uidebā
Atq; alacres teneris luctari cornibus agnos.
Post somnos p̄ gramen humi nunc ore supino
Aut flatu implebā calamos / aut uoce canebā.
Pectore nunc prono rutilātia fraga legebam.
Viuere tum fœlix poteras / diciq; beatus. Fau.
Sed bona q̄ nondum fueras exptus acerbam
Villis erat tibi: tecq; ideo fortuna reliquit.
Quando iterū ueniet / ueniet si forsitan unq̄ /
Sicut capreolis sursum nitentibus hærent /
Stipitibus uites / stringuntq; tenaciter ulmos.
Sic illam tu prende manu / neu desere prensam.

It redit effigiem mutat nec imagine constat
Par lamīs quas nocte ferunt errare p̄ umbras
Mobilis ut facies ita mens. deludere gaudens
Quod dederat tollit. pensī nihil. omnia casu
Qui nimiū metuūt sapiuntue repellit & odit
Cādi Delitias patrij quotiens reminiscimur agri/
Ferre tot aērūnas animo non possumus aequo.
Sed quo mente feror? casu afflictatus acerbo
Vnde magis crucier. foelicia tempora uoluo.
Maius adest. florent uires humilesq; genistae
Iam spicata seges Malus iam punica multo
Flore rubet. redolent saepes albente Sabuco
In patria/p̄ rura Padi. per pascua Minti.
Hic uero nec dum incipiunt pubescere montes.
Quod si uere solum torpet. quid frigora brumę
Solstitiumq; feret. gelidis cum terra priuinis
Albicat. & rapido cum coelum incanduit aestu?
Sunt tamen hic armenta. quibus cutis uuida. cetuiꝝ
Non signata iugis. gemino frons ardua cornu/
Luxuriansq; toris pectus. nisi pabula carpant/
Non erit hac tanta humectum piguedine corpus.
Fau Hæc armenta quibus caput a tellure leuatur
Altius. & cui sunt longa internodia crurum.
Cuncta uorant herbas primum: mox ore supino
Arboreas frondes. summeq; cacumina syluæ.
Hoc imbelles pecus quod humi nascencia tantū

Gramina decerpit uacuis ieiunat in atuis. .
 Quid uerbis opus est? cunctis animantibus una est **Cadi**
 Condicio. semper maiora minoribus obsunt.
 Agna lupo / mites aquilis sunt præda columbæ.
 Innocuos Delphin uenatur in æquore pisces.
 Unde fit hoc? certe res prodigiosa uidetur:
 Hæc loca si procul hinc uideas e rupibus altis /
 Pingue solum / & multo uestitū gramine dicas.
 Quo magis appropias tanto magis omnia sordent
 Hoc est Rhoma uiris auibus quod noctua. tunc **Fau.**
 Infidet. & tanq̄ uolucrum regina superbis
 Nutibus a longe plæbem uocat / inscia fraudis
 Turba coit. grandes oculos mirantur & aures /
 Turpe caput / rostricq; minacis acumen aduncum
 Dumq; super uirgulta agili leuitate feruntur
 Nunc huc nunc illuc / alijs uestigia filum
 Illaqueat. retinent alias lita uimina uisco.
 Prædaq; sunt omnes ueribus torrenda salignis.
 O bellum hoc. poterit dici nihil aptius unq̄ **Can.**
 Sed pcul en coluber tortos in puluere gressus
 Flectit / & exertis sitiens ferit aera linguis.
 Candide quæ moneo memori sub pectore serua. **Fau.**
 Quando inter syluas graderis defende galero
 Lumina: nanq; tibi prætendunt spicula longis
 Dentibus / & curuus discerpit pallia mucro.
 Nec depone pedum. multaq; armare memento

Cote sinum: ne te subito houis opprimat hostis.
Et perone pedem tegito. spineta colubris
Plena hominū uitæ morfu insidiantur amaro.
Et nunc longa dies æstu facit acre uenenum.
Mille lupi totidem uulpes in uallibus istis
Lustra tenent. & quod dirum ac mirabile dictu est
Ipsi homines (huius tanta est uiolentia cœli)
Sæpe lupi effigiem more scq; assumere uidi:
Inq; suum sæuire gregem: multaq; madere
Cæde sui pecoris. factum uicinia ridet.
Nec scelus exhorret. nec talibus obuiat ausis.
Sæpe etiam miris apparent monstra figuris.
Quæ tellus affecta malis influxibus ædit.
Sæpe canes tantam in rabiem uertuntur. ut ipsos
Vincant cæde lupos. & qui tutela fuerunt
Hostiles ineunt animos. & ouilia maçant.
Fama est Aegyptum coluisse animalia quædam:
Et pro numinibus multas habuisse ferarum.
Ista superstitio minor est q̄ nostra. ferarum
Hic aras habet omne genus. contraria certe
Naturæ res atq; deo. qui dicitur olim
Præposuisse hominē cunctis animantibus unum
Sæpe etiā morbosa æstas. & pestifer annus
Ingruit. & passim languens pecus omne per arua
Sternitur: extincte dum ballat ad ubera matris
Agnus obijt. moritur duro sub pondere tauris.

Nec modus est morbo: non est medicina ueneno
Sed uicina domus uicino a limine mortem
Haurit & assidue sumunt contagia uires.
Ista feras raro pestis rapit. utile semper
Fert pecus. extinctas caulas epulantur atroci
Dente lupi: nostraq; ferę iactura opuliscūt.
Heu heu q̄ præcep̄s miserū me insania traxit.
Credere fallaci grauis est dementia fame.
Romuleos colles / Tyberim / Rhomanaq; tecta
Audieram. & studio mens est accensa uidendi /
Ducendiq; bonis in tot præstantibus æuum.
Accessi cū parte gregis. tentoria demens
Totum pene larem cū pastoralibus armis
Trans iuga summa tuli / mulctralia / cymbia / athena
Et cacabos / & quo formatur caseus orbem
Phagineū. ipensam atq; operas amissimus omnes
Quid faciam? quo me uertam? sperata negantur
Pabula / tot casus / tot ubiq; picula. cogor
In ueteres remeare casas: & cœpta fateri
Consilijs egressa malis. iterumq; p̄ æstus
Et montana pati longos p̄ saxa labores.
Heu pecus infœlix / o læuo sidere pastor
Huc auecte. fuit multo præstantius istud
Ignorasse solum. patrioq; in limine tutos
Consumpsisse dies. gelidis senuisse sub antris:
Atque Padī circum ripas Athesisue per agros /

Cadi

g i

Aut ubi per uirides campos & pascua nota
Mintius it. uel qua uitreo natat Abdua cursu
Confedisse gregem pauisse salubribus herbis:
Fau. Te tua credulitas & me mea fallit in horas.
Vidi ego supremæ qui prosperitatis habebant
Culmina dum laudata petunt cecidisse: nec unquam
Emerfisse malis. facit experientia cautos.
Hi prius explorant: & non laudata sequuntur
Omnia. laude carent quæ sunt meliora. fuerunt
Non nego quæ famam retinent ac nomina seruant
Cuncta suis pollent uicibus Luna / Adria / Troia /
Saluia / quas nobis memorabat sepius Umber /
Nomine sunt solo deleuit cetera tempus.
Si minor est patriæ forsan modo gloria nostræ
Res tamen est melior laudatæ gloria Rhomæ
Quanta sit in toto non est qui nesciat orbe.
Fama quidem manet: utilitas antiqua recessit
Illi prisca quibus maduerunt pascua fontes
Nunc humore carent. uenis aqua defuit haustis.
Nulla pluit nubes Tyberis non irrigat agros.
Tempus aquæ ductus ueteres contriuit. & arcus /
Et castella ruunt. procul hinc / procul ite capelle.
Hinc ieiuna fames & languida regnat egestas.
Hic tamen ut fama est & nos quoque uidimus ipsi
Pastorades quadam ducens ex alite nomen /
Lanigeri pecoris diues ditissimus agri:

Carmine qui priscos uates atq; Orphea uincate
 Orphea qui traxit syluas & saxa canendo.
 Hic alios omni tantū uirtute latinos
 Exuperat quantū Tyberim Padus. Abdua Macra:
 Lenta salix iuncum. tribulos rosa. populus algam.
 Credimus hunc illi similem. cui Tityrus olim
 Bissenos fumare dies altaria fecit.
 Hic ouiu custos ipso uigilantior Argo:
 Daphnide nec solū sed eo qui dicitur olim
 Admeti patiisse greges per Thessala rura.
 Doctior omne pecus Solymi curare magistrū
 Dignus: & antiquo dignus succedere patri.
 Qui fuit Assyrii pecoris post retia pastor.
 Iste potest seruare gregem. depellere morbos:
 Humectare solū. dare pascua. soluere fontes:
 Conciliare Iouem. fures arcere. luposq;.
 Si fauet iste mane. q; si negat iste fauorem.
 Candide coge pecus. melioraq; pascua quære.

FINIS.

Aegloga Decima: quę dicitur Bembus de fratrum ob
 seruantiū & non obseruantiū cōtrouersia. Colloquuto
 res. Candidus: Bembus: Batrachus: & Myrmix.
 Post religionis ingressum.

m Axima pastores agitat discordia Bembe
 Qui Solymos colles Galileaq; rura colebāt.
 Batrachus hinc. Myrmix illinc certare parati

Can-

g ii

Iudicete paucis si non audire recusas /
 Et nisi te reuocant maiora negotia dicent
 Tu pater es uatū tu scis componere lites /
 Iurgiaque & blandis conuicia tollere uerbis.
 Te quoq; Pierios fama est potasse liquores /
 Et uidisse deas quibus est custodia sacri
 Fontis & Eurotæ campos ac Phocidis arua.
 Ipse ubi fronde sua tibi tempora cinxit Apollo /
 Dona dedit cytharam neruos & eburnea plectra.
Bem. Dicite quādoquidem tepidos admouit ad ignes
 Nos hyberna dies dum non finit ire per agros
 Bruma gregem: flatu boreas dum sæuit acuto.
 Dum riget omne solum / tectis dū plurima pendet
 Stiria. dū torpent sub aquis glacialibus amnes.
 Ocia damnantur / quæ nulla negotia tractant.
Myr. Pastores genus infœlix. æstate uagamur
 Pro grege solliciti. sed cum nos frigidus imber
 Continet in stabulis / lites & iurgia surgunt.
Batra Qui ueteres audent ritus mutare / suoque
 Arbitrio. & nullis ducunt sub legibus æuum /
 Hi sunt o Myrmix. qui bella domestica gignunt.
Bem. De ueteri ritu de consuetudine patrum
 Rixa igitur uobis / leges moresq; parentum
Batrache dic. dic cur nostrū uenistis in orbem
 Ex phœnice solo: nos pascua uidimus illa.
 Vidimus herbosos fœlici uligine campos.

Vertice Carmeli vitreis uberrimus undis
 Fons cadit. & rauco densum nemus irrigat amne.
 Vidimus & Iordanis aquas ubi maximus olim
 Pastor oues mergens scabiem refecauit auitam
 Amnis hic a Libano ueniens Galilea parua
 Trāsit: & ampla lacu confurgit in æquora magno
 Vnda coit rursū. rursū mare fundit aptum
 Vrbs ubi Rhomani de nomine dicta Tyberi.
 Vnda coit rursū. tandem Hiericonte relicta
 Intrat in infames Asphalti gurgitis undas
 Hinc satis est nos oram. omnē uidisse probatum
 Dicite. & hinc tandem uestras demergite lites.
 Batrachus audaci semper sese ingerit ore:
 Et mihi se præfert magno temerarius ausu.
 Non ego me ingessi / pcessi a iudice iussus.
 Pone pedum Myrmix / & tu quoq; Batrache. nō est
 Orandum armatis manibus / sed mentibus æquis.
 Batrache dic. Myrmix animi compeſce furorem
 Interea. ut uenias magis / ad responsa paratus.
 Qui furit insanit. qui uero insanit amaro
 Impatiens animo / nec corda / nec ora gubernat.
 Quicquid ait uanum est / quicquid molitur / ineptum.
 Bembe genus nostꝛꝫ / generisq; exordia dicam
 Venimus Assyriis ut Candidus inquit / ab oris
 Est pater Helias nobis / qui sustulit armis
 Pastorum genus omne malum: qui traxit olympo

Myrꝛ

Batꝛ

Bemꝛ

Batꝛ

Flammigetos ignes / qui ascendit in æthera cutru:
 Bem. Nobile & antiquū genus hoc / & clara propago.
 Bat. Pastores alii quotquot per rura uagantur
 Omnia sunt riui nostris a fontibus orti.
 Nos dedimus leges: pascendi ostendimus artem.
 Quo magis hi peccant / qui cū sint ordine primi
 Primatum amittunt studia inconsulta sequendo
 Nos radix / alii rami. sed nos quoq; rami
 Aueteri radice patrum iam ætate caduci.
 Tradidit Helias certam pastoribus artem
 Qua curare greges / qua noxia pabula fas est
 Discere & occultos imbres / uentosq; latentes.
 Qui ue salutaris foret / & qui pestifer annus /
 Signa dedit. nihil omisit quod ouilia tangat
 Sed fons ille fluens / Carmeli e rupibus altis
 Tam nitidus quondā / tam dulci lymphidus unda
 Tramite mutato (patet id) modo currit in austrum
 Sed prius (extat adhuc uetus alueus) ibat ad ortū.
 Hi cursus fecere nouos . liquere priores.
 Quos dederat riuo ueterum prudentia patrum.
 Myr. Quid tibi siue nouo currat / seu tramite prisco.
 Dummodo fœcundis humectet pascua lymphis:
 Et quid de cœli quereris regione: per austrum
 Solis iter. melior uitis / quæ respicit aurum.
 Et melior legitur libycis de collibus uua.
 Bat. Est melior Taxus / Boream quæ respicit. ergo

In Boteam melius poterat decurrere riuus:
Pastor es & cura pecoris malesane relicta
Sermonem de uite facis. quasi legibus iisdem
Grex & uitis eant. nec quod discrimen in undis
Gramineq; & uentis nosti. & q̄ noxius aufer
Sit pecori. disce a Rhoma si noxius aufer.
Cur Mutinensis agri pecudes sunt uellere fusco:
Cur Clitumnus habet niueas? cur Mantua mollē
Lanirio excellit? Veronaq; proxima Manto?
Vnde hac multiplici rerum uariantia forma?
Non aliunde nisi a cœlis a gramine & unda.
Candide utriq; pedū procul hinc (rogo) p̄tinus aufer Bem.
Inter eos hodie uideo bellum acre futurum.
Clam cape & auferto. subter framenta reconde.
Bembe mihi tecum sermo est. dum uiximus una Ba.
Dum cōmune pecus nobis fuit. hei mihi quantum
Dedecus. heu quot sunt pecudes incommoda passę.
Nec mersare gregem fluuio. nec uellera certis
Temporibus. sicut mos est. tondere licebat.
Nudabant spineta pecus. nudata secabant
Terga rubi. scabie cutis aspera. tabidus humor
Pestis & in totum serpebant ulcera corpus.
Multum igitur refert pecudes quę pabula carpant.
Flumina quę potent. & qua regione morentur.
Dic mihi dic Myrmix. priscum cur lana colorem
Perdidit: hec gregibus quidnam noua uellera fecit.

Cur pecus est nigrum / quod erat melioribus annis.

Clarum immutarunt mutati uellera mores.

Bembe ad te redeo. paucis absoluere nitar.

Sed quo digna omni tua sit sententia laude.

Vera loquar. tu iura tenes. ego facta docebo.

Iudicium reddit uerum enarratio uera.

His animaduersis egre tot damna ferentes

Venimus ad fontem. riuumque a uertice summo

Scrutari mihi. cura fuit. tu prouide Myrmix

Interea nidos auium / uel dorcada paruum

Venabare. tuque quae dona darentur amatae.

Myr. Bembe uides ut aperta in me conuitia torquet?

Auguror ista manu lis est non ore agitata.

Mos mihi non lingua maledicta refellere dextra.

Cadi Batrache ne uerum taceam. linguosior aequo es.

Iurgia billem acuunt conuicia pectus acerbant.

Non tibi cum puero res est. nec hominibus Myrmix.

Res male tuta uiros lingua irritare proterua.

Batta Da ueniam Myrmix. amitam proferre uolenti.

Nescio quis mihi misit in os malus error amatam.

Do ueniam caue ne rursus me uoce lacesas.

Myr.
Ba. Alueus excelsa saliens de rupe lacunam

Foderat. & clausis ripas aequauerat undis.

Gurgis erat textu syluarum umbrosus opaco.

Densaque se pierant tristem spineta lacunam.

Mille uenenorum species in gurgite uidi.

Mille secus ripas in opaco margine/mille
Per nemus ad lymphas sinuoso serpere gressu:
Obstupui. & rapido rediens ad ouilia cursu
Incipio paleas furca uersare tricorni.
Ecce caput tollit coluber. linguaq; trifulca
Sibilat. inflantur fauces. nepaliuida tendit
Brachia: uentrosus pfert uestigia buffo.
Vipera p stipulā gradiens strepit. o loca dixi
Non pecori tantū uerum & pastoribus ipsiis
Noxia. mox grege diuiso de sedibus illis
Pascua quaesitum tristis meliora recessi.
Perq; iter antiquum fontis noua flumina duxi
In campos/ubi prima suos aurora colores
Explicat & croceos phoebi redeuntis ad ortus.
Hic mihi foecundae pecudes hic pascua laeta.
Et sine labe liquor/dulces sine crimine lymphę.
Hæc loca primæui sunt quę coluere parentes.
Signa casę superant puteus/cariosaq; ligna
Fixa solo/seiuncta pedum discrimine septem:
Et focus & lacera quę cingitur area sepe.
Cura uiris leuibus rerum solet esse nouarum. Myr.
Propterea certe noua pascua quæris: & amnes
Fingis inauditos. & uis nouus author haberi.
Cura uiris grauib; rerum solet esse suarū. Bat.
Propterea Myrmix nimis a grauitate recedis.
Hæc nouitas non est nouitas: sed uera uetustas.

Relligio & pietas p̄m instaurata r̄surgit
Quam tua corripit leuitas & nota tuorū
Segnities igitur si quis labentia tecta
Erugat & sterilem qui mansuefecerit agrum
Iudice te damnandus erit: non ponitur arbor
Altera / sed ueteri inseritur bona uirgula trunco
Segne prius lignum n̄o fit fertile cultu.

Myr. Quamuis pingue tuo pecori sit gramen & unda
Defecata tamen multę cū matribus agnę
Interiere. lupi & passę meminere uolucres.

Ba. Hęc fateor quę dira tuę contagia pestis
Acceperę etiā procul aspicientibus obsunt
Tantū uirus inest uestri uis tanta ueneni:
Propterea magis atq; magis discedere semper
Est animus patit̄ pecus hęc incommoda nostę
Sola / q; inuasam nondū / discessit in eremū.
Nec satis a uobis / p̄cul in deserta r̄cessit.

Myr. Batrache de gregibus mentiris plurima n̄ris
Certe alienaę tibi cura supflua regę
Et temere assumis partes censoris iniqui
Cur mihi qui pasco cuiū pecus ista tueri
Non licuit? solisne domus mea cognita uobis?

Ba. Aethiopes una quoniam nigredine sordent
Ille color nulli uitio datur. omnibus idem
Vultus. & alterius si quis reprehederet ora
Et sua damnaret: pecori pecorisq; magistris

Fex eadem scabies eadem cutis & color idem.

Parcite iam satis est his intellecta: diesq;

Inclinata cadit: iam post iuga summa ruit sol

Audite o magni generis longæua ppa go-

Lite super uestra quæ sit sententia nostra.

Batrache me audaci totiens sermone laceffis.

Non ego / sed non æqua magis te causa laceffit

Iudiciumq; timet sibi mens male conscia iustum.

Quando inimicicias tempus deponere / rursus

Vestra nouas lites uecordia suscitatur ergo

Perpetuis hæc rixa odiis æterna manebit?

Quæ uos debilitas capitis / quæ infania uexat?

Non pudet his uti tanto sub iudice nugis?

Ergo animis audite æquis odiisq; sepultis

Vltima doctiloqui / quæ sit sententia Bembi.

Ferte p antiquos patrum uestigia gressus:

Et ueteres seruate uias .reuocate uagantes

Per ualles & saxa greges .per lustra ferarum.

Figite in antiquis iterum magalia campis

FINIS.

Erphordie Impressum per Lupā
bulum Pocillatorem: uel Schectē
Anno Christi regis nostri .M.
CCCCC I. Ad Sextū Kalendas
Nouembres.

Bem.

Myr.
Ba.

Can.

Bem.


¶ Errores alicuius momenti : minimi
Lectoris prudentię relinquuntur.


¶ In primę semipaginę sexto uersu deest et In fine con-
tuito pro constituito. ¶ Circa finem Epistolę nunq̄ p
unq̄. ¶ Charta a ii. insidianter p insidiantur. deide cor-
pore p torpore. ¶ Charta a. v. omnia p omina. ¶ Char-
ta a. vi. uñc p nunc. ¶ Charta b i. sirenibus p syrenib⁹,
postea Narciso p Narcisso. deinde poteris p potens
¶ B. iii. priuia p pruina. postea furarior p furacior.
deinde cętera pro cęrea. ¶ B v. opeme p opem. deinde
ex p est. mox ferat p ferar. postea dumenta p dumeta.
Item finiunt p finiuit. ¶ B vi. ederis pro hederis Mox
sane p lane. lanne p lane. ¶ Charta c i. dumenta p du-
meta. taudem p tandem: tunca p runca. ¶ C ii. uitib⁹
p uiribus. presertim p presertim: ¶ C iii. debita p des-
dita. foemina p foeminea. Pasiphaę p Pasiphaeę. ¶ C
iiii. Liquoris p Licoris. ¶ C v. complet p cōplent. cō-
cinius p cōcinnius. uarias p uanas. ¶ C vi. arris p ar-
tis. clare p dare: ¶ D i. tegis p regis. ¶ D iii. mibi pro
mihi. Prumā p brumā. cohit p coit. Locuplex pro lo-
cuples. ¶ D iiii. uerrice p uertice. Sollicitu p sollicitū
strenuitas pro stenuitas. Acinxere pro accinxere.
¶ D v. Cuius pro Cuius. ¶ D vi. Monne p Nonne: ad
finem inuida p infida. ¶ E i. uiris p iuris. soliu p loli-
um. ¶ E ii. Lyacon p Lycaon. quondam pro quosdam
¶ E iii. Pastotē p pastorē. ¶ E iiii. ertare p errare. ¶ E
v. cum principiis p dum. ¶ E vi. nubil p nubila. facto
pro fato. Cętera pro Cętera. Libertis pro libetris. ¶ F
i. Rethys p Tethys. flaru p flatu. ¶ F ii. sequeutes p
sequentes. comissa p cōmissa. granabere p grauabere.
¶ F iii. peculii p peculi.

7L 2097

Ink.

mt.





Cl 1361.8 5.

Aeglogae Vergilij Aenoterici: hoc ē Baptistae Man- tuani Carmelitae.

- Prima est de honesto amore & foelici eius exitu.
- Altera de Amoris insanā.
- Tercia de infano amore infœlici eius exitu.
- Quarta de Natura muliercularū.
- Quinta de Consuetudine diuitum erga Poetas.
- Sexta de Disceptatione Rusticorum & Ciuium.
- Septima de Conuersione Iuuenum ad Religionem.
- Octaua de Rusticorum Religione.
- Nona de Moribus Curie Rhomanę.
- Decia de Fratru obseruantium & non obseruantium
controuersia.

Vale Lector: & hasce tanq̄ En-
chiridion tibi ppetuum cō-
tuito: ipenitēda etenī docēt.

e.

